42 Anty

[illegible]
1371

1197

¶ Sermones quattuoꝛ nouiſ-
ſimoꝛum perutiles et neceſſa-
rii vnūquē qꝫ in deuotionis ar-
doꝛem: et dei timoꝛē īducētes
a beato bonauenturā editi. ac
nuper impꝛeſſi magnaqꝫ cū di
ligentia caſtigati.

Venales reperiuntur in colle-
gio trigueti pꝛope collegiū ca
meracenſium.

(1493?)

Paris

Inc. 1371

Peregrinus ytalicus Frater.
ordinis minorum magiſtrum
pheronimum Bangnacauallū
virū quidez preſtantiſſimum.
Salutat.

CUm diebus iſtis cum aliquibus loquēte phero
nime pater. deuotus quidam impreſſor me aduoca-
uit. qui me ſummopere rogauit: vt hos quattuor no-
uiſſimorum ſermones perutiles: nec non fructuoſos
vnūquēq; in deuotionis ardorem et dei timorē indu
centes perlegerem. ac ſcd̄m noſtri ingenioli capacita
tē parūper corrigerē. iaz ipſe/ vt arbitror/ impreſſioni
tradere d creuerat. hos quidem aſpiciens. et quantū
animarum vtilitatis eſſent agnoſcens. tum ob viri il
lius vite ſanctiſſime ſanctimoniā. ac morū probitatē.
tum etiā ob inconparabilez eius eruditionē. curaui ſe
dulo vt nuper imprimerentur. Quapropter pheroni
me te ſummopere hortor vt hos larga frōte ſuſcipere
velis. non enim inter alios codices tuos indignum
hoc opus ſanctiſſimum erit: ſed quidez gratiſſimum
Vale & me ama ſicut cepiſti. Cum plus ocii alias na
ctus ero pluribus verbis ad te ſcribam. Iterum vale
cuius gratie me plurimum commendo. Et ſi quid in
hoc ſanctiſſimo opuſculo incorrepti forte repoſitum
eſſet. Potius impreſſoribus q̄ michi attribuatur

## Thema prohemiale

¶ Sermones quattuor nouiſſimoꝝ perutiles et neceſſarios. vnumquemqꝫ in deuotionis ardorem et dei timorem inducentes.

¶ Thema prohemiale.

a

Nimarum ſalutem pio zelans affectu. conſideranſqꝫ ſumme fore neceſſariū ad ſalutē ſtudioſam prouidentiā futuroꝝ. ſeu nouiſſimorum meditationē prouidentiā cum affectu tractatulū iſtum breuē: vtilē: ⁊ facilem iuxta ſciētiole mee modū et ingenii paruitatē: ſummo dirigente magiſtro proponēs ꝯponere. curioſitatē. ornatūqꝫ verboꝝ curam contemnere. non hominū curioſitatibus deſeruire. Sciēs ꝙ ſicut ait egregius ꝓdicator. Non eſt regnū dei in ſermone. ſ; in ꝟtute. Erit ergo ad iuuāte gratia ieſu xp̄i ſermo meus ⁊ ꝓdicatio mea non in perſuaſiōibus humane ſapientie verbis. ſ; in oſtenſione ſpūs et virtutis. ſcripture diuine dūtaxat eloquiis et ſanctoꝝ doctorū ſententiis ſacris vtens. ad inſtructionē ſimpliciū. exhortationem fideliū excitationē pigroꝝ: ac obſtinatoꝝ duritiā confringendā Quia ſcriptū eſt. Nonne verba mea quaſi ignis ardens: et quaſi malleus cōterēs petras. Et iterū viuus eſt ſermo dei et efficax: et penetrabilior omni gladio ancipiti pertingēs vſqꝫ ad diuiſionē aīe ac ſpūs compagū quoqꝫ et oīm medullarū. Liber itaqꝫ p̄ns ſtilo ſimplici. rudiqꝫ traditus. non ornatu verboꝝ cōpoſitus non ꝑ texturas rōcinatiue diſputationis. ſ; ꝑ modum exhortatiue predicationis editus. quinqꝫ partibus integratur. partes vero ſingule per ſermones ſermones aūt per paragraphos diuiduntur. In ꝓma

parte thema ꝓhemiale premittit postmodum tracta
tus tribus dūtaxat ſermonibus adornatur. Prohe=
mium duos tantū paragraphos continet. In primo
triplex incōmoduʒ qđ incurrimus pctō oſtendit. In
ſcđo triplex remediuʒ edocetur. Tractatus continet
ſermones tres. Primus docet genus et ſpēm noſtre
actionis ꝛc. ꝓut in tabula rubricaꝝ ꝑ ordinē ānotatᷓ

Prohemium.

Omnibus opibus tuis memorare nouiſſima tua
et ineternū nō peccabis. eccl. vii. §. i. Huma
num genus tria incōmoda per pctm̄ pmi hoīs incur
riſſe non tā legim⁹ in ſcripturis ꝙ ſenſibilit̄ experimur
in nobis videlicet difficultatē ad bonū agenduʒ im=
prudentiā ad futura ꝓuidendum ꝛ ꝓnitatē ad peccā
dum qꝛ per pctm̄ fuit hō viribus eneruatus ſenſibus
obſcuratus et actib⁹ deprauatus. Juſte quidē homo
recedens ab omnipotente deo. decidit in impotentiā
recedens a ſummo ſapiēte. amiſit ſapiam. recedēs a
ſummo bono perdidit innocentiā ab his trib⁹ malis
oīa mala originē ſortiunt̄. §. ii. Deus aūt īfinite
miſericordie: et pietatis immēſe p ſapiētem diuinit⁹
inſpiratū. cōtra tria pmiſſa dat nobis ꝑpulcherrimū
documentū ſaluberrimum hortamentū. fideliſſimū
conſilium et efficaciſſimū remediū. dicēs ita. In om
nibus operibus tuis memorare nouiſſima ꝛc. Primo
nāqꝫ excludit negligentiā ſcđo ſuadet prouidentiam
tertio ꝓmittit hoiem per hoc ad innocentiam refor=
mari. In pmis ergo excludit negligentiā. ſupponēs
opera meritoꝝ. cum dicit. In oibus opibus tuis me
morare. ꝛc. Ex vi quippe ſermones: et ex ipo mō lo=
quendi. oſtdit vnūquēqꝫ fidelē non debere ocioſuz eſ=

ſe: nec pigrum ſeu negligentem ſed ſtrenue operan
tem. De homine in ſtatu innocētie dicitur geñ. ii. ca.
Tulit dominus deus hominem et poſuit eum in pa=
radiſo voluptatis. vt operaretur et cuſtodiret illum.
Sed hec operatio erat ei ſine fatigatione/tedio/ et do
lore. Eidem vero poſt lapſum dictum eſt. Quia co=
mediſti de ligno ex quo tibi preceperam ne comede=
res: maledicta terra in opere tuo: in laboribus come
des ex ea cunctis diebus vite tue. Sequitur. In do=
lore vultus tui veſceris pane tuo. Et iob. v. dicitur.
Homo ad laborem naſcitur. et auis ad volatum. Se
cundo hortatur ſapiens ad prouidentiam. cum dicit.
Memorare nouiſſima tua. In his enim precipue cō=
ſiſtit vel damnationis periculum vel procuratio ſa=
lutis. Ideo attentiſſime hortatur idem ſapiens. eccle
cleſia. xxxviii. Memento nouiſſimorum et noli obli=
uiſci. Tertio promittit inocentiam. cum dicit. Et in
eternum non peccabis. Cum ſumma diligentia ꝯſide
ret vnuſquiſꝗ tam fidele conſilium ꝗ ſalubre documē
tum. O cōſilium nulla ratione ſpernendum. o docu=
mentū nulla obliuione delendū. ſed potius cū ſūmo
ſtudio: ſumma cura et ſollicitudine. pro viribꝰ adim=
plendum. Docet enim hominem ad puritatem inno
centie reformari. per exercitium bonorum operum/
et circunſpectam prouidentiam nouiſſimorum. Ad
hoc etiam hortatur paſtor eccleſie. petrus. ſecunde
petri. i. Fratres magis ac magis ſatagite: vt per bo
na opera certam veſtram vocationem et electionem
faciatis. hec enim facientes: non peccabitis aliquan=
do. Ait ergo ſapiens. In omnibus operibus tuis me
morare nouiſſima tua. et ineternum non peccabis.

¶ Incipit tractatus in quo docet quid o pecaandum et continet .§.iiii.

D excludẽdũ igitur negligentiã: que mat eſt oim vitioꝝ debem⁹ nos vtilit̃ occupare i execcitio virtuoſoꝝ opeꝝ. Et circa hoc cõſiderãda ſũt tcia / videlz / qd / q̃ce / ⁊ q̃liter ſit operandũ vt vnuſqſqꝫ diligẽter cõſidecet gen⁹ ⁊ ſpẽm ſue operationis. tertio modũ et ordinẽ ſue executõis. In primis itaqꝫ cõſiderãda ſunt opera que facece de beur⁹. ſicut inquirũt iudei a dño. Joh. vi. dicẽtes. qd ſciemus vt opecemur bona opa dei: quib⁹ ille rñdit. Hoc eſt opus dei vt credatis. Hoc eſt primũ principium operãdi: et fũdamentũ primariũ ois boni: videlicet fides: ſuper quo videat vnuſqſqꝫ qnõ et que ſuper edificet. Debemus aũt opari opera pñie pctõꝝ uz fla gicia expiando. Opera mĩe proximoꝝ miſerias releuando. Opa ſapie celeſtia contẽplando. Opera perfecte iuſtitie diuina conſilia adimplendo .§ i. Pria opera nr̃a debẽt eſſe opera pnie. qꝛ non eſt hõ qui nõ peccet ſicut dr. iii. reg. viii. cap. et prime iohã. i. Si dixerimus qꝛ pctm̃ non habemus nosipſos ſeducimus et veritas in nobis non eſt Job quoqꝫ dicit. Quis poteſt dicere. mundũ eſt cor meũ purus ſuz a pctõ. Jdo neceſſe hñmus agere pniam. Ait eñ btũs iohannes baptiſta luce. iii. Genimina viperaꝝ qs oñdet vobis fugere a ventura ira. Rñdet autẽ facite ergo dignos fructus pnie. ſignãter dicit dignos fructus pnie. Ne qꝫ eñ par dꝫ eſſe pñia eius q̃ multũ peccauit et eius qui pauciora pctã cõmiſit vel eius q̃ grauiora: ⁊ eius qui minus grauia perpetrauit. Itẽ ſaluator ait luce. xiii. Niſi penitẽtiam egeritis. omnes ſimul peribitis.

Et eccl'.ii. Niſi penitentiam egerimus. incidem⁹ in manus dei:et nõ in manus hoim. Exhortãs aũt dñs ad penitentiã dicebat penitẽtiã em̃ agite. appropinquabit em̃ regnũ celoꝝ. Item apoc.ii. Memento vñ excideris:et age pñiam:et prima opera fac. Aduerte q̃ ſicut prius pater filiũ cõtumacem corripiens aliqñ oñdit ei mala que fecit. vt erubeſcat bona que perdidit:vt doleat mala que meruit:vt timeat et ſic per diuerſas vias ipſum reuocare laborat. Sic dñs pius diuerſis modis vtitur vt pctõrem ad pniam ſalutarẽ reuocet. Nã aliqñ obiicit ei grauitatẽ et vtilitatẽ flagitii qđ cõmiſit. ſicut dꝫ hie.ii. Vide vias tuas i cõualle ſcito quid feceris. Aliqñ vero reducit ei ad memoriam vtilitatẽ ſtatus in quẽ incidit ſicut dixit ade ge. iii. Adã vbi es. Et hiere.iii. Leua in directum oculos tuos.et vide vbi nũc proſtrata ſis. Aliqñ proponit ei penã quã meruit:ſicut pꝫ in verbis bti. Joh.et dñi ſuperi⁹ annotatis. Et geñ.iiii. dicit dñe ad cain. quid feciſti. Ecce vox ſanguinis fatris tui abel clamat ad me de terra petẽs videlꝫ vltionẽ. Nonnunq̃ etiã ad mẽtẽ eius reuocat honorẽ et bona que per pctm̃ amiſit vel dignitatẽ ſtatus a quo decidit ſicut hic. Memento vñ excideris. quaſi diceret:memẽto qꝫ ſtatũ innocẽtie perdidiſti:et a dignitate gratie corruiſti ꝛ ideo age pniam. vtꝫ perdita recupare et ad priſtinam dignitatẽ reſurgere. et debitas penas euadere: et ad ꝑmiſſa premia valeas peruenire. Sequitur ꝛ pria opera fac prima inq̃:id eſt precipua vel prima que anteq̃ pctm̃ cõmitteres facere debuiſti. Exẽpla pnie habemus in petro et paulo:qui ſũt precipui fundatores eccl'ie. In magdalena euangelica peccatrice. In dauid ezechia

regibus. In niniuitis etiā de quibus dr̄. Jone. iii. Ui
dit deus opa eoꝝ qꝛ conuerſi ſunt de via ſua mala ⁊
miſertus eſt deꝰ ſuper maliciā quā locutus eſt vt fa-
ceret eis: ⁊ nō fecit. Nota ergo ꝙ per pniam macula
peccat diluit̄ reatus obſoluit̄ offenſa diuina remittit̄
reconſiliat̄ deo reſtituit eccl̄ie de filio dyaboli: filius
dei efficitur paradiſus aperit̄: Hec eſt q̄ impiū iuſti
ficat. angelos letificat. omiſſa bona recuperat. Unde
ber. ait. O felix penitentiū humilitas. O beatā ſpes
confitentium. q̄ facile vincis iuincibilē. Ꝓcito treme
bundū iudicē cōuertis in piiſſimū prēm. §. ii. Se
cundo debemꝰ agere opera charitatis et mīe ſicut pul
chre docemur lu. x. Cum enim quidam legiſdoctoꝛ in
quiſiſſet a dn̄o. magiſter quid faciendo vitā eternā
poſſidebo. Rn̄dit in lege quid ſcriptū eſt. quō legis.
qui ait. Diliges dn̄m deū tuū ex toto coꝛde tuo. ⁊c. ⁊
proximū tuum ſicut teipſum. Et illi dn̄s. hoc fac ⁊ vi
ues. Ille rurſū queſiuit. Et quis eſt meus proximus
Cui rn̄dens dn̄s: ꝓpoſuit parabolā de miſero: qui
incidēs in latrones: ſpoliatus: atrociter verberatus ⁊
ſemiuiuus relictꝰ a ſacerdote prius: ⁊ poſtmodū a le
uita tranſeūtibus nō eſt adiutus. tādē a ſamaritano
viſceroſa pietate ꝯmoto vulneribꝰ illius vinū ⁊ oleū
infundēte. ⁊ ea dulciter alligāte ipoſitus ē in iumēto
et inductus in ſtabulū: ſtudioſe tabulario cōmēdatꝰ.
His propoſitis iterrogauit dn̄s. Quis hoꝝ tibi vide-
tur proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones. At ille
rn̄dit. Qui fecit miam in illū. Et ait illi ieſus vade ⁊
tu fac ſilr̄. Ecce ad queſtionē primā. quid faciendo vi
tā eternā poſſidebo. Pꝛemiſſū eſt documentū de dile
ctōe dei et proximi: ⁊ oꝛdie ſubſequēti ſubiūctū hoꝛta

mētuȝ de operibus mīe faciēdis Nā de fonte charita
tis dēt ꝑcedere riuuli pietatis: alias nullꝰ cēnt me=
riti vel virtutis ſicut ait apl's.i.coꝛ.xiii.cap. Si di=
ſtribuero in cibos pauperꝝ oīs facultates meas: et ſi
tradidero coꝛpus meū ita vt ardeā charitatē aūt nō
habeā nichil michi pꝛodeſt. ꝓpter qđ bñ iūxit/apl'us
illa duo dicēs ad hebꝛeos.xiii. Charitas fraternitatꝭ
manet in vobis: et hoſpitatē nolite obliuiſci: per hāc
eni placuerūt quidā angelis hoſpitio receptis. Mo=
ueat ergo dilectio dei et cōpaſſio miſerie pꝛoximi ad
exhibēdū opa pietatis ſcđm exigētiā neceſſitatis hec
aūt opa ſunt nudū veſtire. eſuriētē reficere ſitiētē po
tare infirmū viſitare peregrinū in domū recipere ca=
ptiuū redimere moꝛtuū ſepelire: ⁊ multa talia ſcđꝫ
ꝙ innumerabilia ſunt incōmoda pauperꝝ ⁊ miſerabiliū
perſonaꝝ. Ad hec opa pietatis tenet̄ quilibet ſaltem
cōpaſſionis affectu. Vñ. i.thy.vi.dicit apl's diuitibꝰ
huiꝰ ſeculi ꝑcipe nō ſublime ſapere: nec ſeparare in in
certo diuitiaꝝ ſed in deo viuo ⁊c. bñ agere. diuites fie
ri i operibꝰ bonis: facile tribuere/cōicare/theſauriſa=
re ſibi fundamētū bonū i futuꝝ. vt apphendāt veram
vitā. De mīa latius inuenies i ſpeculo dñaꝝ/⁊ in libꝛo
de infoꝛmatōe pꝛincipū. Tertio debemꝰ agere opera
ſapie loqndo de dīa ⁊ ſalutari ſapia q̄ đr a ſapoꝛe. Cō
ſiſtit hec ſapia: nō tm̄ i ſpeculatiōe veritatis: ſed potiꝰ
in quadā deguſtatiōe ſapida bonitatis. et etiā in ope
ratiōe feruida ſāctitatis. Eſt aūt ſpeculacio i cogitā=
do/ſtudendo/audiendo/legendo/ea que ad honoꝛem
laudem: et gloꝛiam dei pertinent: animeqꝫ ſalutem.
Deguſtatio autem non in plena fruitione conſiſtit.
ſicut erit in patria: ſed in quadam pꝛelibatione acte=

mi ſaporatōe diuine dulcedinis. prout poteſt: vel modicum attingere humana fragilitas pro modulo ſuo et pro ſtatu miſerie pn̄tis: qua peregrinamur a dn̄o: et detinemur exules in hoc mundo. Hec deguſtatio q̄tūcunq̧ ſit modica: excedit omnes delicias hui9 mūdi et oēm delectationē que i creatura quacunq̧ valeat inueniri. Facit etiā oia carnalia deſpici: oia terrena ſeu tp̄alia vilipendi ac ſicut ait expertus apl's. velud ſtercora reputari. fiat nichilomin9 ſpūalia diligi: tota mente. totiſq̧ precordiis celeſtia concupiſci: nec ſufficit ſubtilis ſpeculatio intellect9. et deguſtatio affectus: niſi ſequat̄ perfecte operatōis effectus. Sʒ q̄ perſpexerit in lege pfecte libertatis: et permāſerit in ea. nō auditor obliuioſus factus ſed factor operis hic btūs in facto ſuo erit. Jacobi prio. De hac ſapia dicit̄ ſap. viii. Intrans in domū meā cōquieſcā cū illa. ſ. ſapientia. Non enim habet amaritudinē cōuerſatio illius: nec tedium conuictus illius: ſed leticiam ⁊ gaudium. Sequitur in amicitia illius delectatio bona. et in operibus illius heneſtas ſine defectione. Rurſus eccl'. xxiiii. Sapiens introducit ſapientiam ſic loquentem. Tranſite ad me omnes qui ꝯcupiſcitis me et a generationibus meis adiplemini. Spūs enim meus ſup mel dulcis: et hereditas mea ſup mel et fauū. Qui edūt me adhuc eſuriēt. et qui bibunt me adhuc ſitiēt qui audit me nō ꝯfundetur. et qui operant̄ in me nō peccabunt et qui elucidāt me. vitā eternam habebunt. Si premiſſa verba quis ſerioſe vellet exponere paucis verbis nō poſſet ad coꝝ indagmē peruenire. De ſapia inuenies multa in libro de informatione principū. Nūc autem ſufficiat opera ſapie ſub

breuitate tangere: qꝛ hoc eſt quod a principio propo
ſuimus: ⁊ promiſimus declarare Sūt aūt opa ſapie
doctinā veritatis diligenter audire. exhortatiões vti:
les ardenter accipere. correptiões libenter et vtiliter
ſuſtinere audita memorie retinere. memorie cōmen
data opibus exercere vigilāter ſtudere. libros ſacros
ſtudioſe perlegere. non ſtudēdo trāſcurrere ſ ꝫ frequē
ter in memoria ruminare in ſtudio non verba. ſ ꝫ ſen
ſum et fructū requierere. falſitates abiicere. vanita:
tes contēnere curioſitates vitare. veritatē inquerere.
in dubiis ptos conſulere ꝯſulta diſcutere. dei volun
tatē ⁊ mādata ꝑ q̄rere meditatiões ſacros amare au
dita lecta: ſeu etiā recogitata meōrando digerere ni:
chil per ſurreptionē agere nichil temere iudicare vba
cū debita maturitate ꝓferre vitā ſuā et mores ſerio
ſius ordinare ſubiectos pie et iuſte regere errata cor
rigere: errātes reducere peccātes arguere. penitēti:
bus indulgere: defectus alioꝝ nō culpabiles ſuppor
tare / heſitātibus ꝯſulere / deſolatis ſolatiū exhibere.
Quiꝗ ſic fecerit hic btūs in facto ſuo erit Bene ergo
dicit ſapiētia. Qui operātur in me nō peccabūt eccľ.
xxiiii. ꝗ. iiii. Quarto debemus hrē opera perfecte iu:
ſtitie. non eñ ſufficit bñ ſe habere in ꝓſperis niſi ſtrē
nue ac fortiter ſe habeat in aduerſis nec in trāquilli:
tate bene agere: ⁊ in tētatione ſuccūbere: vel in tribu
latione deficere. Nam per increpationē dixit dñs de
quibuſdam q̄ cum gaudio ſuſcipiūt ſemē bonū: i. ver
bū dei. ſ ꝫ orta perſecutiōe ꝓpter verbū: deficiūt. Hii
radices non habēt: qꝛ ad tp̄s credunt et in tpe tenta:
tionis recedūt. lu. viii. Oēs eñ qui pie volūt viue:
re: in xp̄o ieſu perſecutionē patiūtur. vt ait aplus. ii.

ad thimo. iiii. Jdeo neceſſariū eſt nobis agere ſicut fa
ciebant illi qui de captiuitate reuerſi/in anguſtia tē
poꝛis in hoſtium ſuoꝝ medio reedificabāt hieruſalē
de quibꝰ dꝛ. ꝙ vna manu faciebāt opus et altera te-
nebāt gladiū. Neemie. iiii. Sane patiētes eſſe debe-
mus qꝛ patientia reddit hoiem ꝑfectū in ſtatu grē. ſi
cut dꝛ. Ja. i. Oē gaudiū exiſtimate frēs cū in tētatio
nes varias incideritis. ſciētes qꝛ tribulatio patientiā
operatur patientia aūt opus perfectū hꝫ: vt ſitis per
fecti et integri ī nullo deficiētes. Jtē cumulat pmium
in ſtatu grē ſicut ait aplus. ii. coꝛ. iiii. id qđ ī pñti ē
momētaneū ⁊ leue tribulationis nrē. ſupꝛa modū et
ne glē pondus operat̄ ī nobis. Ecce aduerte qꝛ quod
leuiſſimū eſt in paſſione maximū eſt in remuneratio
ne. Et qđ breuiſſimū eſt. immo momentarium in tē-
poꝛe fit eternum in duratione.

¶ Sermo ſecundus.

p Oſtq̄ declarauimꝰ genus et ſpēm nrē opatio
nis. nūc videamus fructū et finem nrē intētōis
Sciendū eſt aūt ꝙ propter quattuoꝛ ſpēaliter ad ope
randū moueri debemꝰ videlꝫ propter pericula deuitā
da propter merita cumulanda ꝑpter delectationē in
ternā et ꝑpter retributionem eternā. ¶ i. Pꝛimo
quidē opari debemus ꝑpter pericula precauēda. Cū
eñ coꝛ hois ocioſum eē nō poſſit ſed neceſſario circa
aliqd occupet̄. ſicut docet anſel. li. de ſimilitu. coꝛ ho-
minis cōparans molēdino cuius rota voluit̄ inceſſan
ter ſi eñ nō fuerit intentum circa aliqđ opus bonum
vndiqꝫ ptꝫ aditus vitioꝝ. Sane nō intentū circa vnū
qđ eſt neceſſariū: nec ſacris operibꝰ occupatū. euaga
tur circa plura minus vtilia et cito defluit ad nociua

Et hoc contingit interdū ex hoſtis inſtigatōe. vel ex
carnis coꝛruptiōe. vel ex ipſius coꝛdis euagatiōe. Ex
hoſtis inſtigatione cōtingit vt plurimū: qꝛ cū ille ma
gnus paterfamilias oī hoꝛa. i. mane. hoꝛa tertia. ſex=
ta nona. vndecia. mittat operarios in vineā ſuā. ſicut
ſcriptū eſt math. xxi. Quos diabolus in vinea nō opā
tes inuenit. ad opa ſua mittit. ꝓpter qđ ait hier. Sem
per aliqđ boni facito ne te diabolus inueniat ocioſum
Ex carnis vero coꝛruptōe inēs hoīs a ſpūalibus ⁊ di=
uinis retrahit: ⁊ in carnalibus emollit niſi ſacris ope
rib⁹ occupet. Pꝛopt̄ qđ ſapiēs a carnis ſeruitute vo=
lens abſtrahi et ad libertatē ſpūs eleuari ait eccl. 33.
Cibaria neceſſarie ſuſtētationis: ⁊ virga caſtigatiōis:
et onus operatiōis aſino. i. coꝛpi panis ne deficiat, di
ſciplina ne laſciuiat. op⁹ vt ꝑficiat ſeruo. i. coꝛpi tā aſi
ni ꝙ̄ ſerui noībus carnē ſignificauit q̄ dare ſuſtentā=
da eſt rigide refrenāda: ⁊ in ſacris operibus occupan
da. Sequit̄ iugū et loꝛe curuāt collū durū. ſeruū in=
clināt operatiōes aſſidue. ſeruo maliuolo toꝛtura et
cōpedes. mitte illum in operationem ne vacet. Mul
tam enim malitiam docuit ocioſitas. In opere con=
ſtitue illum. ſic enim condecet illum. Attende ꝙ̄ di=
ſtricte macerauerunt carnem ſuam ſancti patres.
Johannes baptiſta. benedictus. anthonius hiero. et
omnes alii. Paulus de ſeipſo ſpecialiter teſtat̄. Ca=
ſtigo inquiens coꝛpus meum ⁊ in ſeruitutem redigo
ne foꝛte cum aliis pꝛedicauerim. ipſe repꝛobus effi=
ciar. i. coꝛinth. ix. Diligenter aduerte ſi paulus vas
electionis: qui tot terras pꝛedicādo circuiuit. tot ani
mas ad chꝛiſtum conuertit. tot tanta pꝛo chꝛiſto ſu=
ſtinuit. ſicut ipſemet teſtatur. i. coꝛinth. quindecimo.

¶Ter virgis ceſus ſum ſemel lapidat⁹ ſuz ter naufra giū feci nocte ac die in profundū maris fui: ⁊ iterū in laboribus plurimis. in plagis ſupra modū in morti bus frequēter: ⁊ multa talia ſic enumerabat. Denigz raptus eſt in paradiſuz: ⁊ audiuit archana verba que non licet homini loq. Si ergo ita eſt ꝙ talis ac tātus caſtigat corpus ſuuz ⁊ in ſeruitutē redigit ne forte re probus efficeret. quid nos miſeri dicturi ſumus qui defectibus pleniſſimus: qui pctā peccatis ſine nume ro cumulam⁹: et tm̄ carnē miſerā in delitus ꝯfouem⁹ Ideo dicit apl'us gal. vi. Qui xp̄i ſunt carnē ſuā cru cifixerūt / cū vitiis et cōcupiſcentiis. Et ro. viii. Si ſe cundū carnē vixeritis moriemini. Ex mētis vero eua gatiōe ꝓcedūt picula. ſicut docet ſapiēs prouer. xxi. Deſideria occidūt pigrū. noluerūt eni quicꝙ manus eius opari. tota die concupiſcit et deſiderat. vide as hoiem occiſum nūc verbis affluere nūc rumores inq rere. nūc ludos perquirere. nunc cāpos nūc flumina nunc nemora vagādo inaniter circuire. ſomnū dilige re cibor̄ delicias: et vinor̄ varietates cōcupiſcere ap petere terrena ſpūalia faſtidire. diuerſis cogitationi bus variari variis affectiōibus trāſformari oimodis paſſionū tranſmutatiōibus agitari. Et ſic in eo verū eſt qd̄ dr̄ Iob. xx. Cogitatiōes varie ſuccedunt ſibi: ⁊ mens in diuerſa rapit. ¶.ii. Scdo operari debe mus propter lucra / id eſt merita cumulanda ſiue cō querēda. videmus eni mercatores agricolas et oms artifices ſollicite operari. propter lucrū et tpales di uitias acquirēdas. Quāto magis debemus totis vi ribus operari. propter ſpūales diuitias promerēdas Ideo hortatur apl'us colo. iii. Ambuletis digne deo

per omia placētes in omni tēpoꝛe bono fructificātes ⁊
pēsate verba. Ambuletis inquit. i. de bono in melius
pꝛoficiatis. digne deo. i. vt sitis digni deo. p oia pla-
centes. i. vos placeatis deo: et oia opera vestra pla-
ceant deo in omni tpe bono fructificātes. Nota vna
queqꝫ arboꝛ vnā spēm fructus pfert. sicut ait sal ua-
toꝛ lu. vi. vnaqueqꝫ arboꝛ ex fructu suo cognoſcitur.
neqꝫ eni de ſpinis colligunt ficus. neqꝫ de rubo vinde-
miant vuas. Sed arboꝛ ſpūalis oēm fructum bono-
rum operū ferre debet. Mirabilis eſſet hoibus ar-
boꝛ vna que oia genera fructuū ex ſe pduceret. ſꝫ ar
boꝛ ſpūalis non eſt recte fructifera: niſi ex ſe pferat
fructus. i. opera oim virtutū. Sunt nāqꝫ nōnulli qui
continēt. ſꝫ ab ope bono toꝛpent. Alii multa bona fa-
ciunt. ſꝫ non cōtinēt. Et ſicut ait grego. Nec caſtitas
magna eſt ſine bono ope. nec opus bonū eſt ſine caſti
tate. Alii continēt. ſꝫ non abſtinēt. Alii econuerſario
Alii abſtinēt qdem et continent. ſed p ſupbiam intu-
meſcunt. Alii ſobꝛii ſunt: caſti ⁊ humiles. ſꝫ non cōpa
tiūtur afflictis aut compatiētes vel verius compatiſ
ſe dicentes. ſed pietatē in ope non oſtendūt. ſic intel-
lige de aliis opibus virtuoſis. pꝛopter quod bene dicit
apoſtolus in auctoꝛitate pꝛemiſſam In omni ope bo
nū fructificātes Notaqꝫ ſicut mercatoꝛ induſtrius in
diuerſis venaliū rerum generibus mercationē ſuam
exercet: vt in pluribus lucrando ſuas diuitias aug-
mētet. Sic āūt ſpiritualis mercatoꝛ dꝫ in oibꝰ bonis
operibus exerceri. vt in oibus mereat. Nā q in omni
ope bono fructificat. in omī bono abūdat. Ait enī
ſapēs pꝛouer. xiiii. In omni ope bono erit abundan-
tia. Sed qꝛ in tpalibus abūdantes vt plurimū ſolent

catere ſpiritualibus vel minus pre ceteris abundare. Jdeo dicit aplus. i. thimo. vi. Diuitibus huius ſeculi precipe non ſublime ſapere: nec ſperare in incerto diuitiarū. ſed in deo viuo diuites fieri: in opibus bonis Iſte ſunt vere diuitie que veram ſufficientiam tribuunt: et ineffabiliter animā locupletant nec in caſu neceſſitatis vel mortis eam deſerunt. ſꝫ cum ea permanent in eternū. Sicut dicitur apo. xiiii. Beati oēs qui in dn̄o moriuntur. opera eñ illoꝝ ſequuntur illos. Unde ber. ait. Vere diuitie: non opes ſunt. ſꝫ virtutes quas ſecū conſcientia portat vt in perpetuū diues fiat. Sed de filiis adā mundana cupiditate cecatis: qui terrena ſapiunt. ſpiritualia paruipendunt. temporales diuitias totis viribus: & modis omibus quibus pñt aggregant. ſpirituales vero contēnentes aut operari negligūt. aut qđ eſt longe deterius. opera nephanda perpetrant. Uñ nudi et rei de mundo exeunt: nichil ſecū preter peccata portātes: et in egeſtatem perpetuā incidentes. Quia ſcriptū eſt. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa. manus autē fortium diuitias parat. Penſa quātam penuriam ſuſtinebat ille diues qui ardore gehenne ineffabiliter cruciatus: vnam guttam aque non potuit impetrare.

§. iii. Tertio operari debemus ꝓpter delectatione minternā. Oīe eñ virtuoſuꝫ opus. delectationē q̄dam habet annexā: et qui operatur illud. delectatꝰ in eo. Sicut ecōtario: Omne malū ſequitur remorſus conſcientie. Hec delectatio eſt quaſi quedā remunaratio. ſed non plena. vel potius quaſi quedā prelibatio remunerationis future. Quis enim plātat vineā & de fructu illius nō edit. ait aplus. i. cor. ix. Nā

ſicut ait ſapiens prouer.xii. Qui operatur terrã ſuã ſatiabitur panibus. Et.xiii. Anima operantiũ impinguabit. Et ipſa veritas ait.math.x. Dignus eſt operarius cibo ſuo. Quis aũt ſit ille cibus: teſtatur ipſe Jo.iiii. Meus cibus eſt vt faciam voluntatẽ eius qui miſit me vt perficiã opus eius. Ad hũc cibũ hortatur ipſe. Joh.vi.dicẽs. Operamini non cibum qui perit. ſed qui permanet in vitam eternã Nota ꝙ dicit permanet: qr hic inchoatur: ibi aũt non ceſſat ſed permanet ineternuꝫ. Hic valde tenuiter pregustatur. ibi in ſua plenitudine miniſtratur.§.iiii. Quarto operari debemus propter retributioneꝫ eternam. Magnus eniꝫ paterfamilias qualibet ora mittẽs operarios in vineã ſuã: conuentione facta cũ eis ex diurno denario facto ſero dixit procuratori ſuo. voca oparios: et redde illis mercedem. paterfamilias eſt deus pater. xp̄s autẽ huius vinee ꝓcurator: in ſero.i.in vltima hora vite nr̄e. vocat dñs operarios: non ocioſos: non pigros: nõ operarios iniquitatis. ſed operarios veritatis. Merces que redditur opariis eſt denarius diurnus.i. viſio dei eterna ſcd̄m aug. Ad hanc mercedem acquirendã ſapiẽs hortat eccli a.vlt. Opamini opus veſtrũ añ tp̄s: et dabit vobis mercedẽ in tẽpore ſuo i. tempore oportuno. Et ipſe dñs ait apoc.vlt. Ecce venio cito et merces mea mecum eſt reddere vnicuiqꝫ ſecundũ opera ſua. Ex his verbis intellige ꝙ tp̄s noſtrũ eſt breuiſſimũ: ꝙ notatur cum dicit venio cito: videlicet in ſero mortis ad retribuẽdum. Qui cito ſeuẽ turũ aſſerit breui tp̄e nos inuit operari Merces aũt operis eſt eterna. ſicut ſcriptũ eſt eccl̄ı xviii. Non verearis vſqꝫ ad mortem iuſtificari quoniã merces dñi

manet in eternū. Itē opus noſtrū eſt leuiſſimū merces autē immenſa et hoc inſinuat cum dicit. Merces mea. i. quā me decet reddere. ipſum aūt dñm largitatis immenſe non decet mercedē immēſā retribuere qꝛ ipſemet immēſus ꝛ immēſitas eſt ipa merces Sicut ait abꝛahe geñ. xv. Noli timere. ego ꝓtectoꝛ tuus ſum ꝛ merces tua magna nimis. licet aūt hec merces in ſe ſimplr̄ ſit immēſa. tñ pꝛopoꝛtionabiliter redditur vniciuqꝫ ſcd̄m ſuoꝝ opeꝝ q̄titatē. ꝓpter quod ait reddere vnicuiqꝫ iuxta opera ſua. Et hoc eſt quod dicit apl̄ꝰs. i. coꝝ. iii. Unuſquiſqꝫ ſuam pꝛopꝛiā mercedem accipiet ſecundum ſuum laboꝛem.

¶ Sermo. iii.

i · Irca modū operādi ſciēdū eſt ꝙ debemꝰ ichoare celeriter ſine dilatione laboꝛare fideliter ex dilectione. cōtinuare viriliter ſine defectiōe cōſummare humiliter ſine elatione. §. i. Debemus ergo celeriter inchoare pꝛopter tpis bꝛeuitatē. Bꝛeuiſſimū eſt enim omne tps quo viuimus. ſapie. ii Exiguū ꝛ cū tedio eſt tps vite nr̄e. Ideo excitat nos dñs ad celeriter operādū dicēs. Io. ix. Operamini dū dies eſt: venit nox qñ nemo opari pōt. Et apl̄ꝰs gal. vi. dū tps habemus opemur bonū. Non pōt bonā dietā facere q̄ mane non ſurgit. irridēdus eēt q̄ tūc veniret ad opus qñ tps eēt de opere excūdi. tūc ſciare qñ eſſet metendū. Ideo ſap. eccl. ix. Quodcunqꝫ pōt manus tua inſtanter opare: qꝛ nec opus ad merendū: nec rō ad excuſandū: nec ſapiētia ad ſapide contēplandū: nec ſciētia ad euadendū. erūt apud inferos quo tu ꝓperas Nota q̄tū factus hō eēt magnū opus hñs agere: et tps bꝛeue. ſi nō feſtinaret. ꝫ iaceret in lecto vſqꝫ adve

ſperā. Nos autē opus ꝑ maximū hēmus agere. Vt quilibet noſtrū poſſet illud dicere nee. vi. Opus grāde ego facio: non poſſū deſcendere: ne forte negligat opus. Itē celeriter inchoare debem⁹ ꝓpt̄ ſecuritatē. Aug. Si vita breuis fuerit expedit vtiqꝫ ꝙ bona ſit. Si aūt vita fuerit lōga melius eſt ꝙ bona ſit. Si mlt tū haberes de frumēto: vino vel oleo: vel ſes ꝙ totuz eſſet bonū: ⁊ dolceres ſi ps aliqua eſſet corrupta. aug. Qui te offendis: vita tua quā ſolā vis malā hrē: vt inter oia bona tua tu ſolus ſis malus nunqd plus diligis res tuas ꝙ te. Talis iniquus eſt ſibi ipi dū pl⁹ vult ſe malū eē ꝙ bonū infirmū ꝙ ſanū mortuū ꝙ viuum ſeruū ꝙ liberū: nihil hñtē ꝙ bonorū oīm eē participē ſecuritatē hñdā: ait ſap. eccl. xi Mane ſemina ſemen tuū et veſpere: ne ceſſet magnus tua qr neſcis qd hoc magis oriat Si autez vtrūqꝫ ſit melius erit auis videns ſagittariū: arcū tenentē extēſū cū ſagitta: nō expectat ictū ſagitte: ſꝫ euolat. Sed hō fatuus expectat ictuz mortis: cōtra quod ait ps. Niſi cōuerſi fueritis gladiū ſuum vibrauit arcū ſuū tetendit ⁊ parauit illum. Et in eo parauit vaſa mortis. Ita cito moritur vitulus: ſicut vacca ita cito frangitur vas nouum ſicut vetus: et citius amputatur arbor iuuenis ꝙ antiqua ſecurius eſt malū paſſum vitare ꝙ cum difficultate cū transire: quia ſicut ait ſap. Qui amat periculum peribit in illo. Et ſecurius eſt laqueos euadere ꝙ ſeſe magis ac magis fortius irretire. Dicit autem ſap. prouer. v. Iniquitates ſue capiunt impiū ⁊ funibus peccatorum ſuorom conſtringitur. Et ſecuri⁹ eſt in ꝑncipio egritudinis medicinā querere ꝙ vſqꝫ ad extremū vite terminū expectare. Ideo dicit ſap. eccl. xviii.

Ante languorē adhibe medicinam lepra inueterata
& gutta inossata curari non pñt. De impio autem dr
iob.xx. Ossa illius implebūtur vitiis adoleſcētie ſue
Itē celeriter inchoare debemus. propter aſſuefactio
nem. vt in etate tenera caro dometur. vt diſcat ſuſti=
nere labores. Equi: canes: vrſi in iuuentute docētur
ludere. Et omne beſtiarū genus domabile in iuuen=
tute domatur Equus qui diu conſueuit trotare nūꝗ
poſtea doceri pōt aliter ambulare. Sic & pueri in eta
te tenera docēdi ſunt & in virtutum operibus exercē=
di. Quia ſcriptū eſt. Adoleſcēs iuxta viā ſuā: etiā cū
ſenuerit non recedet ab ea. Canis vetus non pōt te=
neri in vinculo. Nunquā pōt ethiops mutare pellem
ſuam aut: pardus varietates ſuas ſic nec vos poteri=
tis benefacere: cum didiceritis male. hiere. xiii. De=
ſiderāt omēs et ſperāt bonū finē habere: cum totam
vitam malā habuerint dicentes. cū balaam. Moriat̄
aīa mea morte iuſtorū. ſ; iſta duo nō conſonāt. Ideo
ſeni peſſimo iudici dicit dañ. xiii. Inueterate dieru;
malorū. nunc venerūt pctā tua que opabaris prius.
Quanto diutius in ferro fuerit rubigo. tanto vehe=
mentius intenditur: et ſemp magis ac magis corro=
dit ferrū et inde difficilius eradic̄. Et ſordes diu de=
relicte ī vaſe difficilius ammouent̄. Sic ꝗto diutius
fuerit hō ſ malis morib⁹ aſſuet⁹ tanto ab eis difficili⁹
euelletur q; iniqtates ſue capiūt impiū vt dictum eſt
ac ſemp fortius detinēt alligatū. Vñ augu. de ſeipſo
dicit in li. confeſſiō. Tenebar nō alieno ferro ſ; mea
ferrea volūtate. Quarto celeriter ichoare debemus
propter meritorū augmentū: et diuinā acceptationē
Nā qui citius icipit: & diutius opatur plura merita

aggregat. Et opera in iuuentute facta. gratiora ſunt deo ſicut fructus iuuenis plãtule dulciores et fruct⁹ primitiui tp̃is cariores. Unñ michee vii. ait dñs. Precoquas ficus. deſiderauit aia mea. Et in lege precepit ſibi offerri primogenitũ oẽ: et primitias frugũ terre: et oim fructuũ. In ſignũ ⁊ documentũ ꝙ hõ de flore iuuẽtutis ſue dꝫ offerre deo: nõ de fece ſenectutis. Stultus eñi eẽt qui dñm ſuum cibare vellet de pane corrupto et de furfure. ⁊ potare de fecibus vini ſui. vł encenniũ ei facere de pomis corruptis: et aliis fructibus putrefactis. Ideo conqueritur dñs malachi. i. Si offeratis cecũ ad immolandũ. nonne malũ eſt? Et ſi offeratis claudũ vel languidũ nõne malũ eſt. Si qs per totã vitã ſuã dñm ſuũ nequiter impugnauerit. et poſtmodũ cõfectus ſenio ei ſeruitiũ offerret. dñs non multũ gratãter acciperet. Debem⁹ ergo offerre deo opera preclara et electa. quia ſcriptum eſt eccł. xviii. Omne opus corruptibile in fine deficiet et qui illud operatur in illo peribit. Omne opus electũ iuſtificabitur et qui illud operatur honorabitur in illo. Et ſic patet ꝓpoſitũ. videlicet ꝙ opus noſtrũ debemus inchoare celeriter. ¶. ii. Secũdo debem⁹ laborare fideliter laborat fideliter qui operatur ex affectione amoris. Amor. n. facit meritorium opus apud deũ propter quod dicit aplũs roma. viii. Diligẽtibus deũ oia cooperãtur in bonum oia igitur opa nr̃a in charitate fiant ſicut hortatur apł's i. cor. xiiii. vt in oibus mereamur. Ait etiam gał. v. In xp̃o ieſu neqꝫ circunciſio aliquid valet: neqꝫ preputiũ. ſed fides que per charitatẽ operatur. Attende ꝙ pulchra ſocietas fidei: charitatis: et operis. Fides enim eſt bonorum omnium primariũ

fundamentū. Nā ſine fide impoſſibile eſt placere deo heb. xi. fides autem ſine charitate non valet. ſicut ait aplūs. i. cor. xiii. Si habuero oēm fidē. ita vt oēs mō tes transferā charitatē autē non habuero. nichil ſū fi des aūt ſine ope non valet. ſicut docet. Jaco. ii. Si cut corpus ſine ſpū mortuū eſt ita et fides ſine opib⁹ mortua eſt. Itē non valet opus: niſi fiat ex charitate. ſicut dicit apſus. i. co. xiii. Si diſtribuero ī cibos pau perū oēs facultates meas: ꝛ ſi tradidero corpus meū ita vt ardeā: charitatē aūt non habuero. nichil michi prodeſt. Similiter nec charitas ſufficit ſine opere. ſi cut ait grego. Amor dei nūꝗ̄ eſt ocioſus. operatur enī magna ſi eſt. Si aūt renuit operari amor nō eſt. Ideo dicit btūs. Johā. iii. Non diligam⁹ verbo neqꝫ lingua ſed opere ꝛ veritate. Operatio ergo exterior meritū hꝫ ex interiori affectione affectio vero probat̄ ex ope ratione. ſicut arbor cognoſcit̄ ex fructu. vita ex motu. ſemē ex germine lapis p̄cioſus: nō ex colore: ſed poti⁹ ex virtute. ꝛ virtus medicine ex ſanatione. q: vero cha ritas p̄io et principalit̄ facit hoīem gratū deo: et per ꝯñs facit op⁹ eſſe meritoriū. nec opus pri⁹ placere deo pōt: niſi prius placeat operatori. iō btūs Jo. ſalubriter exhortat̄ dicens. Videte voſmetipſos ne pdatis que operati eſtis. Itē fideliter laborat q̄ opat̄ ex intentio ne honoris diuini. i. qui oīa facit ꝓpter honorē dei ſi cut dicit apſus col. iii. Omne quodcūqꝫ facitis ī ver bo: aut in ope. oīa in noīe dñi nr̄i ieſu xp̄i facite. Et infra. Omne qđcunqꝫ facitis ex aīo operamini ſicut dño et nō hoīb⁹. Et math. v. Sic luceat lux vr̄a corā hoi bus vt videant opa vr̄a bona et glorificēt p̄rem vr̄m qui in celis eſt. Sic igr̄ p̄tꝫ ꝙ operari debem⁹ ꝓpter dei

grām: ſalutē ꝓpriā edificationē ⁊ exēplū proximorum.
Ideo dicit apoſtolꝰ heb. x. Cōſideremꝰ inuicē prouoca
tionē charitatis et bonoꝝ opeꝝ. S. iii. Tertio debe
mus opa nr̄a cōtinuare viriliter. Nā operarii i vinea
nō merent in ſero mercedē accipere: ſi ficte negligēter
⁊ pigre opent Dicit enī hiere. xiiii. ſcđ; vnā litterā Ma
ledictus q̄ facit opus dn̄i negligēter Viriliter ⁊ ꝯſtan
ter laborāt oparii qn̄ cogitant ꝙ cito erit hora dimit=
tēdi opus et magnā recipiēdi mercedē. Nā cōſidera
tio mercedis minuit vim laboris Jō dicit apl's i. coꝝ
xi. Fratres mei ſtabiles eſtote et imobiles in oi bono
ope ſēper ſciētes q₂ labor veſter nō ē inanis i dn̄o At
tēde ꝙ plꝰ diligit paterfamilias opariū qui tar de ve=
niēs ad opꝰ viriliter opat̄ q̄ illū q̄ cito veniēs remiſ=
ſius opat̄ Sicut et dux exercitꝰ plꝰ diligit milite q̄
fugit in pricipio: ſ; poſtmodū rediēs inſtāter pugnat ⁊
ſtrēnue q̄ illū q̄ nunq̄ fugit nec vnq̄ ſtrēnui militis
opus egit. Nā ſicut ait dn̄s lu. xv. Maius gaudiū eſt
in celo ſuꝑ vno pctōre pn̄iam agēte q̄ ſuꝑ nonaginta
nouē iuſtis q̄ nō indigēt pnīa Timeāt ſibi negligen=
ter agētes ⁊ tepide: ne de ore dn̄i vel de abhomiabiles
euomant̄ q₂ ſcriptū ē apoc. iii. Q₂ tepidus es incipiā
te euomere de ore meo. S. iiii. Quarto debemus opa
nr̄a ꝯſūmare huiliter. ſanc hūiliter opari: ⁊ de opibꝰ
nr̄is hūiliter ſētire debemꝰ: q₂ plura mala facimus q̄
bona. ⁊ q₂ ſi qua bona facimus tāte indeuotioni pmi
xta ſunt ꝙ nō multū poſſumꝰ gl'ari. Jō ꝑs. Impfectū
meū viderūt oculi tui. Et yſa. lxiiii. quaſi pānus mē
ſtruate omnes iuſtitie vr̄e. Et q₂ bona q̄ agimꝰ non a
nobis quaſi ex nobis ſūt ſed a deo ſicut ait yſa. xxvi.
Omnia opera noſtra operatus eſt dominus in nobis.

Et aplus phili. Deus qui operatur in nobis et velle et perficere. Et ipſa veritas ait. Joh. xv. Sine me nichil poteſtis facere ergo qꝛ a deo ſunt opera nr̄a: nec non et ipſa voluntas operādi: et ſecūdum graciā nobis datā et frequēter nobis oblatā a deo negligenter et non ſatis fideliter opamur. iō nō nobis: ſed deo debemus glām attribuere. Ceterū plerūqꝫ putamꝰ bonū opus eē: qd̄ malū eſt. vel maius eē ꝙ ſit: et meritorium eē qd̄ nō eſt vel maioꝛis eē meriti apd̄ deū Ideo in ſingulis operibꝰ noſtris ſi diligēter conſideremus non gloꝛiari. ſed potius foꝛmidare debemꝰ. ꝓpter qd̄ dicebat iob Verebar oīa opera mea ſciēs ꝙ nō parceres delinquenti. Et ſapi. ait. eccl'. x. Noli extollere te in faciendo opera tua. Btūs quoqꝫ petrus ammonet dicens. Cū metu et tremoꝛe ſalutē vr̄am operamini Debemus aūt opa noſtra conſummare: ⁊ vſqꝫ ad finē perducere videmus enim ꝙ oīs artifex cum opus aliqd̄ ſue artis incepit nō ceſſat donec illud ad complementū perduxerit. ſicut oſ̄dit ſapiēs in multis exemplis dicēs eccl'. xxxviii. Omis faber et architectus qui noctē tanꝙ diē trāſigit ⁊c. coꝛ ſuū dabit in ſimilitudinē picture: et vigilia ſua pficiet et opus. Sic faber ferrarius ſedens iuxta incudē et cōſiderās opus ferri coꝛ ſuū dabit in conſūmationē operū et vigilia oꝛnabit in perfectionē. Sic figulus ſedēs ad opus ſuuꝫ qui in ſollicitudine poſitus eſt ſuper opus ſuū ⁊ innumera et oīs opatio eius. Eodē mō pōt induci i omnibus aliis. Et ſicut ait dn̄s math. xxiiii. Non qui bene ceperit. ſed qui perſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſaluus erit. Sine perſeuerātia nāqꝫ nec opus meritū hꝫ nec laboꝛ pꝛemiū: nec curſus bꝛauiū: ne ſeruitium grām

nec pena q̄tūlibet afflictius coronā ſicut pz in legen
da xl. martirū de illo qui cucurrit ad balneū et ibi de
ficiēs coronā perdidit p̄paratā. Perſeueremus er=
go in bono opere quod incepim⁹ exemplo dn̄i de quo
dr deut. xxxii. dei perfecta ſūt opera. et de ſeipſo dicit
Jo. xvii. Opus conſūmaui qd̄ dediſti michi vt facerē
Et tunc ſequitur. Et ego ad te venio. Ecce ergo dei
filius nō peruenit ad prēm niſi nr̄e ſalutis ope cōſū=
mato In quo luce nobis clari⁹ ondit q nos mul=
to minus ad prēm gl'e peruenire poterim⁹ niſi in bo=
nis opibus perſeuerātia teneamus. Un̄ iudeis perfi
dis deſcenſū de cruce xp̄o ſuadentib⁹ dn̄s operabatur
ſalutē in medio terre nullaten⁹ acqeuit ne noſtre ſa=
lutis opus relinq̄ret iperfectū dolebat ſane veneno=
ſi ſerpētis aſtutia exaltatū in deſerto ſerpētē eneum
cuius intuitu aīarū noſtrarū vulnerea ſanabantur. Eo
quippe tēdebat malicioſa perſuaſio: nō vt perfidi iu=
dei crederent dicētes Si rex iſrael eſt: deſcēdat nunc
de cruce: et credim⁹ ei ſed nr̄a quoqz ſi qua ēēt in eum
fides modis oībus periret legētes eū dei perfecta
ſunt opa: quō illū fateremur eſſe deū qui noſtre ſalu
tis opus reliquiſſet impfectū. Nos quoqz ſi ſequi vo
lumus caput noſtrū non ceſſem⁹ agere pn̄iam: nō ceſ
ſemus tollere crucē nr̄am perſeuerātes ī ea ſicut ipſe
perſeuerauit fiduciā hn̄tes in dn̄o: et qui cum ceperit
in nobis opus bonū perficiet. ſicut ait apoſt. petrus:
i. pe. v. Deus aūt oīs gratie qui vocauit nos in eter=
nam gloriam ſuam in xp̄o ieſu modicū paſſos ipſe pfi
ciet confirmabit: ſolidabitqz ipſi gloria imperium in
ſecula ſeculorum Amen.

¶ Explicit prima pars huius libri. Incipit ſecunda:

t Erminata prima parte in qua ſapiēs oſtēdit ex
cludēdam eſſe negligentiā agēdoꝝ. ſeqtur pars
ſcd̄a in qua hortat̄ ad ꝓuidentiā futuroꝝ. cum dicit.
Memorare nouiſſima tua. Poſſumꝰ autē aduertere
qꝫ ſcd̄m doctrinā ſcripture ſacre debemꝰ tenere locū
nouiſſimū ꝑcauere tp̄s nouiſſimū ⁊ preuidere finē no
uiſſimam ¶ i. Primo quidē teneamꝰ locū nouiſſi
mum hūilitatis. hic eſt enim modus ⁊ hec eſt via perue=
niēdi ad ſtatum ſublimitatis ſicut docet ſaluator luce
xiiii. Cum inuitatꝰ fueris ad nuptias ne recūbas in
primo loco ⁊c. Sequit̄ Sed cum iuitatꝰ fueris vade
et recumbe i nouiſſimo loco. vt dicat tibi qui te īuita=
uit Amice aſcēde ſuperius ⁊ erit tibi gloria corā ſimul
diſcumbētibꝰ Nos igit̄ ad celeſtes nuptias iuitati nō
queramus primum locum tenere: nec querere pricipa
tū ne forte depellat nos in locum nouiſſimū dn̄s nu=
ptiaꝝ ſed ꝑ humilitatē locum nouiſſimū eligamus vt
ad ſublimitatē glorie aſcēdamus. Et merito locū no
uiſſimū decet eum eligere qui ſe dꝫ īter alios nouiſſi
mum reputare exēplo capitis nr̄i de quo dr̄ Iſa. liii.
Vidimus eū et nō erat aſpectꝰ: ⁊ deſiderauimꝰ eum
deſpectū et nouiſſimum viroꝝ. In terra voluit eē no
uiſſimus viroꝝ qui in celis eſt gloria beatoꝝ ⁊ dn̄s an
geloꝝ vt exēplo ſuo monſtraret verū eſſe qd̄ dr̄ math.
xx. Erūt nouiſſimi primi et primi nouiſſimi. Hoc au
tē multipliciter pōt intelligi Vno modo ſic qui ſe no=
uiſſimos i. humiles et abiectos fecerint propter deū
iſti erunt primi i. ſctitate pcipui ⁊ inter prīos aīcos
dei in regno celoꝝ merito cōputādi Et primi nouiſ=
ſimi. i. qui volunt eē primi reputatiōe vel pricipatum
habere ſup alios: in aliqua dignitate iſti erunt nouiſ=

ſimi.i.viles et abiecti diuino iudicio ⁊ viliſſimi i infer
no. Et hoc eſt qḋ ḋr luce.xiiii. Ois q̄ ſe exaltat humi-
liabit̄ et qui ſe hūiliat exaltabit̄. Aliomodo erūt no-
uiſſimi primi.⁊c.i.qui tardius penitere ⁊ bn̄facere ce
perūt feruētius agendo primi fiunt ⁊ meritis p̄cellūt
illos q̄ citius inchoātes negligēter egerūt. Vn̄ in vi-
nea dn̄i tardius venientes:prius diurnū denariū ce-
perūt.qḋ aptiſſime declarat̄ math.xx.vbi ḋr Cum ſe
ro factū eēt dixit dn̄s vinee procuratori ſuo. voca ope
rarios ⁊ redde illis mercedem:incipiēs a nouiſſimis
vſq₃ ad prios. Exēplū habemus in latrone q̄ iuxta do
minū pendēs.credēs:penitēs:⁊ diuinā confitens ma
ieſtatē prim⁹ meruit obtinere paradiſi prebēdā. Cui
dictū eſt. Hodie mecū eris in paradiſo lu.xxiii. ¶ii
Item precauere debemus tp̄s nouiſſimum vltimu₃
eni tp̄s etatis mundi in quo abundat iniq̄tas et cha-
ritas magis ac magis continue refrigeſcit ſicut pre-
dixit dn̄s mat.xxiiii.ſumme periculoſum eſt. Et ſicut
predixit apoſtolus.ii.thi.iii. Scito q̄ in nouiſſimis die
bus inſtabunt tēpora periculoſa. Que autem et q̄ta
ſint pericula deſcribit dicens. Erunt homines ſeip-
ſos amantes. Sed quid ſibi vult apoſtolus. aut quid
malum eſt ſeipm̄ amare.cū plus teneatur hō ſeipſu₃
diligere q̄ totum mundum. quare ergo dicit apoſto-
lus q̄ erunt periculoſa tempora. pro eo q̄ erunt homi
nes ſeipſos amantes. Sciendū eſt igitur q̄ ſecundū
aug. duo ſunt amores alter mundus. alter immund⁹
alter ſocialis alter priuatus alter cōi vtilitati cōſulēs
propter ſupernam ſocietatem/alter etiā rem cōem in
propriam poteſtate₃ redigens propter arrogātē dn̄a
tionē. alter trāqll⁹. alter turbulēt⁹. alt̄ pacific⁹. alter

ſediciosus. alter aicabilis. aił inuidiosus. ꝛc. ⁊ diſtin=
ſerunt cõditas in genere hũano duas ciuitates. i. ci=
uitates duas fecerũt amores duo Ciuitatẽ dei. amor
dei vſqꝫ contẽptum ſui ciuitatẽ diaboli. amor ſui vſqꝫ
ad contemptũ dei. Sicut aũt ex amore dei oẽs virtu
tes alie et affectiones laudabiles generant. prout ait
greg. Ut enim multi arboris rami ex vna radice pro=
cedũt. ſic multe virtutes ex vna charitate generãtur
ita oĩa vitia: et oẽs deordinate affectiones ex amore
ſui proprio vel priuato radicaliter oriũtur. Et hoc bñ
inſinuat aplũs qui poſtq̄ dixerat. Erũt hoĩes ſeipſos
amãtes amore. ſ. inordinato amore proprio vł priua
to ſubiungit Cupidi: elati: ſupbi: blaſphemi: parẽtib⁹
non obediẽtes: ingrati: ſceleſti ſine affectõe ſine pace
viciatores incõtinẽtes. imites. ſine benignitate pro=
ditores proterui tumidi voluptatũ amatores: magis
q̄ dei hñtes quidã ſpẽm pietatis: virtutẽ aũt ei⁹ ab=
negãtes. ⁊ qꝛ cũ talibus habitare periculoſum eſt. Jdõ
ſubdit et hos deuita. Sed difficile: immo impoſſibile
eſt iſtos penitus euitare: qn in cũ eis interdũ oporte=
at conuerſari immo ſũmopere cauendũ ẽ homini ne
ſeducatur a talibus: aut cõformetur eis in moribus
vel ne ſaltẽ ab eis mẽdaciter infametur. Jtem preui=
dere debemus nouiſſimum finẽ exemplũ accipiam⁹ ĩ
ſingulis artificibus. qui anteq̄ opus ſue artis incipi=
ant preſtituunt ſibi finẽ et ſcdm exigentiam finis pſe
quũtur opus: donec ad finẽ intentũ perueniãt. Sed
ab illa ordinatione operꝫ noſtrorũ in finẽ vltimũ ab
ducuntur aliqui vehemẽti paſſione: ſeu delectatione
illecti. ſicut innuit ſap. puer. v. Ne intenderis falla=
tie mulieris fauus eñ diſtillans labia meretricis ⁊ ni

tidius oleo guttur eius. Mulier illa eſt carnalis con
cupiſcētia que emolliēdo mentē efficit muliebrē dicit
aūt meretrix: qꝫ animā proſtituit. Sequitur nouiſſima
aūt illius amara quaſi abſinthiū. Item prouer. xxiii.
Ne intuearis vinū qn̄ flaueſcit cū ſplenduerit in vi-
tro color eius ingreditur blāde ſed in nouiſſimo mor
debit vt coluber et ſicut regulus venena diffundet p
vinū intellige delectationē carnalē q̄ mentē inebriat
et a ſiquo dāmō alienat vt non videat ne conſideret
quis it finis huiūs delectationis Alii a conſideratio
ne finis abducuntur: ignorantia ſeducti ſicut innuit
ſap. prouer. xiiii. Eſt via que videtur homini recta no
uiſſima aūt eius deducūt ad mortē. Alii per maliciā
obſtinati ſunt ſicut balaā ex ſola malicia perſeuera-
bat in malū et tn̄ dicebat. Moriatur aīa mea morte
iuſtorum: et fiāt nouiſſima mea horū ſimilia mortē opta
bat ſimilem iuſtis et tn̄ habebat vitā diſſimilē. Simi
liter multi vitam eius peſſimā imitātes deum orant
vt det eis mortē puidā: et vitā eternā: quod tn̄ nūq̄
vel valde raro cōtingit vt qui ſanus et ſanis ſenſibus
ſibi non prouidit in mortis anguſtia ligatis iā ſenſi-
bus et deficiētibus ſibi ſalubrit puidere nō poſſit Cū
dicat ps. Non eſt in morte q̄ memor ſit tui. Et btūs
aug. ait Percutit hac aiauerſione pctōr vt moriens
obliuiſcat ſui: q̄ dū viueret oblit⁹ eſt dei nec vitā etnā
meretur miſer hō peccādo vel in pctō manēdo. ſꝫ mor
tē eternā ſicut ait aplūs ro. Stipendia peccati mors
Magna igitur eſt fatuitas immo demētia deteſtāda
poſt malā vitā ſperare bonā mortē Ideo prudent et
ordine debito monet ſapi. prouer. xix. Audi conſilium
et ſuſcipe diſciplinā et eſto ſapiens in nouiſſimis tuis

Attende ꝙ breuiter et ordinate ꝓcedit. Prius eſt em̄ vt conſilium ſanum recipias: et audias reuerent ſcḋm vt illud adipleas diligēter. i. vt vitā ordinatā habeas et vndiq; regulatā Et tunc ſeqtur ordinate terciū vt ſiſis ſapiēs in nouiſſimis tuis in hoc quippe ꝯſiſtit ſapientie cōplementū. Nō em̄ qui ſapient incipit opus grāde. ſ; q̄ ſapiēter ꝯſumat laudādus eſt ſicut ait ambro. Lauda nauigātis ſalutē ſ; cū peruenerit ad portum lauda ducis virtutē ſ; cū ꝑductus eſt ad triumphum Quid em̄ ꝓdeſt bn̄ et diu nauigaſſe et in portu perire Et q̄d valet cū hoſtibus fortiter dimicaſſe. et in ipſa hora victorie defeciſſe. Non pigeat hic exemplum ſub breuitate tāgere de xl. martiribus quoꝝ vnus poſt multa ſupplicia recurrens ad balneū puſillanimus effectus: deficiens emiſit ſpiritū ⁊ coronā perdidit iam paratā. Quid ergo ꝓdeſt in tꝑaliū rerū diſpoſitiōe ſapientē eſſe ⁊ circa finē deſipe cū finis cōſideratio debeat eſſe ꝑncipalis in intētiōe cuiuſlibet operātis et ex bonitate finis: dependeat bonitas operis Ideo dn̄s inſipientiā nr̄am redarguens ⁊ adverā ſapiam nos exortās: ait deut. xxxii. Gens abſq; conſilio: et ſine prudentia vtinā ſaperēt et intelligerent: ac nouiſſima ꝓuiderēt. Notate verba. Alii cōſilio nō egentes ꝓpria prudētia diriguntur: alii prudētiā non hn̄tes: conſilio ſapiētio2 reguntur: et vtereq; ſua ſapiētia vel aliena ſaluātur. Qui vero nec prudentiā hn̄t: nec conſiliū querūt: vl' negligūt cū nō ſaluabunt. multominꝰ ꝑfecto patere pōt via ſalutis illis hoib' q̄ prudentiā hn̄t nec eā ad opus applicāt. ſ; ꝯtraria potius opantur. Et rurſus hn̄tes ꝯſiliū nullatenus adeſcūt vtinā inquit ſapent. i. ſapoꝛarēt celeſtia et itelligerēt

videlt intus legerēt interna ↄſcīētie ſecreta merita vi= delȝ et demerita: cogitatiōes: affectiōes ⁊ intentiōes ac etiā ꝓuitates. Seqtur ac nouiſſia ꝓuiderēt. Sa= ne in ꝓuiſiōe nouiſſimoꝝ ꝑcipue conſiſtit: ⁊ totius vite ꝑterite erratoꝝ correctio: et periculoꝝ futuroꝝ euaſio ac ꝑcuratio ſufficiēs neceſſarioꝝ: ſeu expediē= tiū ad ſalutem. Que autē ſunt iſta nouiſſima quoꝝ ꝓuidentia eſt nobis tā neceſſaria: et ad ꝙ ſaluatoꝛ noſter tam attente ꝙ efficaciter inuitat ptēbit.§.iiii. Nouiſſima quoꝝ ꝓuiſionē ſeu ꝓuidā meditatio nem dn̄s tam viſceroſe ꝙ miſericoꝛditer nobis optat dicens. vtinā nouiſſima ꝓuiderēt. Et ſapiēs ad coꝝū iugē memoꝛiā nos inuitat dicens. In omnibus ope= ribus memoꝛare nouiſſima. ſunt quatuoꝛ videlȝ pe= nale moꝛtis diuoꝛtium finale dei iudicium damna= tio repꝛoboꝝ. remuneratio beatoꝝ. Moꝛtem vocaui diuoꝛtium: quia videlȝ iminēte moꝛtis articulo cō fligentibus elementis harmonia diſſipatur ⁊ illō coꝛ poꝛio et anime ſeparatur matrimoniū qd̄ tanto fue rat nexu concoꝛdie federatū: anteꝙ illud diuoꝛtium celebꝛetur debemus nos ſollicite ꝑparare per timo= rem domini: quo cuncta noxia declinemus: et per ſa pientiā ꝙ operantur. ſalubꝛia et celeſtia deguſtemus De pꝛimo dicit ſap. pꝛouer.xxiii Nō emulētur coꝛ tu um peccatoꝛes ſȝ in timoꝛe dn̄i eſto tota die: quia ha bebis in nouiſſimo ſpē et pꝛeſtolatio tua non aufere= tur. de ſecundo dicit idem.xxiiii. Comede fili mi mel quia bonum eſt et fauum dulciſſimum gutturi tuo. Sic eſt doctrina ſapientie tue anime. ꝙ cum inuene ris habebis in nouiſſimo ſpē: et ſpes tua nō pibit. Et de muliere ſcā dicit ꝓuer.xxxi. Ridebit i die nouiſſio

¶ Secunda pars De diſtinctione.

i N ſcriptura ſacra quadruplicē mortē iuenim⁹ Eſt em̄ mors nature ad q̄ nos preparare debē mus q2 piculoſa de qua dicit pſ. Quis eſt homo q̄ vi uet ⁊ non videbit mortē eruet aiam ſuā de manu in= feri. primū eſt impoſſibile. ſcd̄m valde difficile. Attē= de multū eſt trāſitus piculoſus vbi non poſſz hō eua dere: quin aliquod membrū amitteret q̄tuncūqz ſibi ſollicite precaueret. Si vero negligent egrederet vitā perderet corporalē. ſic eſt de tranſitu mortis quē im poſſibile eſt hominē euadere q̄tūcūqz diligentia ipſā effugere vel differre conetur. Si vero prudenter ſibi prouiderit animā ſuā de penis inferni liberabit. ſed ſi male ſibi prouiderit. corpis ſil' et aie vitam perdit. Secunda mors eſt culpe. q̄ declinare debemus quia dānoſa. de qua dicit eze. xviii. Aia que peccauerit ip= ſa morieẗ. Tertia mors eſt grē quā debemus optare quia fructuoſa de qua dicit apoſt. ro vi. Exiſtimate vos quidā mortuos eſſe pctō vinētes aūt deo Quar ta mors e ẜ gehenne: quā debem⁹ formidare q2 dolo roſa. de q̄ d2 baruc. iii Mortui ſūt i dolorib⁹ peſſimis

¶ De morte nature. Sermo primus de mor tis ſententia continens. §. i.

erunt. i. temporalia bona cedent in partes vulpium i. heredum malicioſorum et fetentium. Et aduerte ꝙ vulpecule cum parentes predam eis attulerant. pugnant adinuicem. dentibus et vnguibus mordent et lacerant ſe mutuo: que prius anteꝙ̄ predam haberent diuidere colludebant et ſtabant in pace. Per beſtias intellige demones. que animam rapiunt. vermes ad litteram cadauer deuorant et corrodunt Et ſic bona impiorum intres partes diuiduntur. in morte anima demonibus. cadauer vermibus et temporalia bona heredibus aſſignantur. Non eſt ergo mirum ſi cum anguſtia moriuntur qui de temporali ad perpetuum pertrahuntur. §.ii. Moriuntur iuſti cum fiducia. quoniam et ſi morientes conſiderant multitudinem peccatorum et paucitatem meritorum omnino tamen expedit ꝙ illa hora ſumant fiduciam in qua malignus hoſtis ad deſperationis abyſſum non conatur eos pertrahere. conſiderando ſuffragia ſanctorum pro eis intercedentium. preſidium angelorum morituris aſſiſtentium. theſaurum chriſti pro ſuis tempore neceſſitatis expoſitum: et immenſam diuine pietatis abyſſum. Exemplo beati beru. qui in extremis agens diabolo aſſiſtenti et improbe accuſanti reſpondiſſe fertur. Fateor non ſum dignus. nec poſſum regnum celorum propriis meritis obtinere. verum dominus meus illud duplici iure poſſidens: videlicet hereditario iure patris et merito ſue paſſionis alterum horum michi tribuet. ex cuius dono illud michi vendicans non confundor. Unde dicit ſap. prouer. xiiii. Sperat iuſtus in morte

ſua licet enim fidelis quilibet ante mortem plus de-
beat timere ꝙ confidere: et in ipſa mortis hora pre-
cipue fortūdare. propter rationes ſuperius aſſigna-
tas: et ſic inter ſpem ambulet et timorem neceſſe tñ
eſt vt illa hora vltima ſpiritus aſſumpta fiducia ne de-
ficiat roboretur. Multa enim ſunt que tunc ad inte-
ritum et deſperationis baratrū pertrahūt deſolatū
Ideo talem ſic depreſſum meſticia per ſpei conſola-
tionem ſubleuare conatur. ſep. eccl. xl. Noli metue-
re iudicium mortis. Quis enī fiduciam ſpei non aſ-
ſumat: ſi deuota mente recogitet. q immenſe dei pie
tas petrum poſt trinam negationem paſtorem eccle-
ſie ⁊ vicariū xp̄i fecit paulū perſecutorem miſericor-
diam conſecutū. doctorem gentiū et lumen orbis ef-
fecit matheum theloneariū apl'm et euangeliſtā con
ſtituit: publicanum orantem iuſtificauit. zacheum ho
ſpitem chriſti facere non contempſit. euangelicā pec
catricem ſpēaliſſimam chriſto reddidit filium prodi-
gum conſumpta ſubſtātia: et libidine conſummata
reuertentem recepit. dauid poſt adulterium et homi
cidium eximiū prophetarꝫ conſtituit Manaſſem poſt
tam cruenta flagitia reduxit in regnū ſuum: et nini-
uem ciuitatē a ſubuerſione liberauit. Ipſe enim qui
diues eſt in mīa: cuius mie nō eſt numerus neqꝫ finis
cui proprium eſt miſereri ſēp ⁊ parcere. nulli vnꝙ ſu-
am miſericordiam denegat fideli mente petenti. Si
cut ipſe per prophām ſuā proclamat. Quacunqꝫ ho-
ra ingemuerit peccator. omnium iniquitatum eius
non recordabor. hoc exemplum clariſſimum luculen
ter apparet in latrone: cui confitenti xp̄m ipſa hora
promiſit et contulit paradiſum. ⁊c. Moriūtur perfecti

cum leticia. Ait enĩ aplũs phi. i. Mihi viuere xps et moꝛi lucrũ. Sane perfectis eſt moꝛi lucrũ quia de labore tranſeunt ad quietẽ de vilitate ad gl'am. de paupertate ad regnũ. de timoꝛe ad ſecuritatez de doloꝛe ad gaudiũ. de moꝛte ad vitam. Jõ bene dꝛ. eccl'. xli. O moꝛs bonũ eſt iudicium tuum homini indigenti. De muliere ſeq̃ dꝛ p̃ꝛouer. xxxi. Ridebit in die nouiſſimo. Deus enim totius conſolationis ſcis ſuis agonizantibus multas conſolationes immittit: ⁊ ſalutis ſue reuelationes oſtendit aliis iuſtis aſſiſtentibus et plerũqꝫ etiam in remotis agentibus. gloꝛificationis eoꝛum ſigna demonſtrat. ſicut beatus greg. oſtendit per multa exempla. iiii. dyalo.

¶ Sermo. v. quoꝛum mors deſideranda continet. ℌ. ii. i.

c Onſiderandum eſt ꝙ ⁊ ſi moꝛs iuſtis foꝛmidanda ſit multiplici rõne ſicut eſt ſuperius declaratũ: tñ timoꝛem iſtum vincũt ⁊ pene euacuant quattuoꝛ pꝛopter que moꝛs eis redditur magis deſiderabilis ꝙ̃ timenda. videlicet timoꝛ tranſgreſſionis doloꝛ afflictiõis. feruoꝛ emulatiõis. dulcoꝛ p̃guſtatiõis ℌ. i. Pꝛimũ ergo pꝛopter qð moꝛs deſiderat a iuſtis eſt timoꝛ trãſgreſſionis q̃ timoꝛ ꝯtinue ſollicitat aiaz viri iuſti. Sicut pulchꝛe docet apl's ro. vii. Scio ꝙ non habitat in me. hoc eſt in carne mea bonũ. Nã velle adiacet michi perficere aũt non inuenio. Nõ enim quod volo bonum. hoc facio. ſed quod nolo malum hoc ago. Inuenio enim aliam legem in membꝛis meis repugnantem legi mentis mee: et captiuantem me in lege peccati et moꝛtis. vt non quecunqꝫ vultis illa faciatis. Et ideo exclamat idem aplũs

perſonam cuiuslibet noſtrū in ſe exprimēs cum dicit infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Et ſap. eccl. vii. Melior eſt inquit dies mortis die natiuitatis. melior. i. certior ait hiero. quia in morte pꝫ qualis fuit homo q̄ moritur. ſed in natiuitate neſcitur qualis erit qui naſcitur: bonus ſcꝫ vel malus dānandus finaliter vel ſaluandus. Infinita ſunt pericula in q̄ iugiter ambulemus. Quid nos inter demonū laqueos hoīm gladiorꝫ. carnis motus illicitos remanere delectat. Ubi quotidie mūdus labitur. virtus minuitur. reatus augetur. corpus multis penis et doloribus laboribusqꝫ ſubiugatur. Si ruinoſuꝫ eſt domicilium corporis in quo viuimus. procelloſuꝫ eſt mundi pelagus inter qđ currimus piculoſuꝫ eſt quicquid terrenū diligimus. que oīa nobis ſuadent vt de tot periculis nō inuiti. ſꝫ alacres exeamꝰ: qꝛ ſemp in periculis victitamus: et ſemper eſt ſtatus noſter dubius et incertus. Ideo dꝛ. eccl. xi. Ante mortē ne laudes hominē quēq̄. gloſa ſtultum eſt laudare pugnantem quaſi iam victorē. Et beatus ambro. Illo potiſſimū tpe merita ſanctitatis extollat quādo nec laudanti adulatio nocet: nec laudatū tentat elatio lauda ergo poſt periculū predicta ſecurū lauda nauigantis felicitatem. ſꝫ cum peruenerit ad portū lauda ducis ſalutē ſed cū perductus eſt ad triumphum. Quis enim viuens tute poſſit et ſine trepidatione laudari. qui ꝛ de p̄terito meminit ſe habere qđ doleat: et de futuro videt ſibi ſupereſſe quod timeat. Quis etiam in hoc corpuſculo poſitus. debeat ſibi quicquā vendicare de meritis. quorū iter vite occulta demonū infeſtatio velut latronū obſidet multitudo. quibus p omnes

vias ſupplantatozes: inuiſi animarum laqueos ten=dunt innumerabilium moztibus expaueſcēdos. Na uigantibus em̄ nobis per hoc mare magnū ⁊ ſpacio=ſum: in quo reptilia quozū non eſt numerus. anima lia puſilla et magna: id eſt diuerſa inimicozū genera nobis valde pertimeſcendum eſt. ne nauem noſtram aut procella tempeſtatis arripiat. aut fluctus abſoz=beat aut ineternam predam pyrata crudelis abdu=cat. ¶ ii. Secundū propter quod mozs deſidera tur a iuſtis eſt dolo2 afflictionis. Innumeris em̄ mo dis inueniunt infirmitates. ſollicitudines: anxieta=tes: perſecutiones: tedia et hmōi que adeo cruciant et moleſtant et viri iuſti animum inquietāt vt magis deſiderent mozi q̄ viuere. Sicut patet in beato iob. qui poſtq̄ facultates: liberos et cozpozis ſanitatem amiſerat ab vxoze ⁊ amicis multipliciter moleſtatus obiurgatus: et linguarum gladiis tranſfoſſus. men=taliter plus vellet mozi q̄ viuere. Similiter thobias qui a domino cecitate percuſſus. poſtmodum vxozis obiurgationibus moleſtatus dixit. Ex nunc domi=ne ſecundum voluntatem tuam fac mecum miſeri=cozdiam: et precipe in pace recipi ſpiritum meum. ex pedit enim michi magis mozi q̄ viuere. Et perfe=ctiſſimus virozum apoſtolus dixit. ii. ad cozinth. Su pra modum grauati ſumus ſuper virtutem. ita vt te=det nos etiam viuere ſed et ipſi in nobis reſponſum moztis habuimus vt non ſimus fidentes in nobis: ſed in deo domino noſtro qui ſuſcitat moztuos: Si igitur viri perfecti pre tediis et grauaminibus moz=tem deſiderant: et vitam odiunt tempozalem quid facient viri peccatozes muliebzes et tepidi: debiles

et imperfecti: qui a peccatoribus huius mundi mole‍ſtantur opprimuntur. ſpoliantur bonis ſuis grauan‍tur angariis et iniuſtis calūniis infeſtantur. ex alia parte dāna rerum inferunt latrones incendia erugi‍nes et dermes. niues glacies: ⁊ inundationes aquaꝝ ardores ſolis. fulgura. tēpeſtates. Ex alia parte lan‍guores infirmitates innumere corpus proprium af‍fligentes mortes etiam liberorum parentū aliorum quoꝝ carorū aīcos eorum tranſuerberant: et pene tam hec ꝙ omnia ſupradicta in foueam deſperationis in‍ducūt. Propter quod dicit ſap. eccl'. Melior eſt mors ꝙ vita amara. non autem deus omnipotens ſine cā pn̄tē vitam tantis malis impleuit. ſed ſecundū alti‍tudinem ſapientie ſue miſericorditer ordinauit. vt ꝑ temporalia que patimur: et purgemur a peccatis pre‍teritis: et caueamus diligentius a futuris retunda‍tur noſtra ſuperbia: et negligentia ſiue vecordia pro‍pellatur humilientur corda et augeantur merita: im‍mo compellantur mundū contemnere. vitam cadu‍cam non diligere. diſcamus ad deum oios: mentes: et deſideria ſubleuare. vitam glorioſam totis precor‍diis preoptare. ¶ iii Tertium propter quod iu‍ſti mortem deſiderant: eſt feruor emulationis: conſi‍derantes nanqꝫ viri iuſti omnia mala que ſub ſole geruntur ꝙ videlicet multiplicantur. regnat iniuſti‍tia. veritas conculcatur dehonoratur deus. anime dannantur pauperes opprimuntur. iuſti deſpiciūtur impii dn̄antur: dolent: gemunt: et dolore tabeſcunt mori ꝙ viuere preoptantes. Unde vnus eorum ma‍thatias. i. macha. ii. dixit. Ue michi vt quid nat⁹ ſum videre contritionem populi mei: et contritionem ci‍

nitatis ſctē et ſedere illic cum datur in manus inimi-
corum. Et hiere. xx. Maledicta dies in qua natꝰ ſum
⁊c. Et pſal. zelus domus tue comedit me. et oppro-
bria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Idem.
Defectio tenuit me pro peccatoribus delinquentibꝰ
legem tuam. Idem tabeſcere me fecit zelus meus qꝛ
obliti ſunt verba tua inimici mei. Item. iii. re. xix. he
lias petiuit anime ſue vt moreretur. et ait. ſufficit mi
chi dñe tolle animam meã Sequitur zelo zelatꝰ ſum
pro dño deo exercituum ⁊c. Deniqꝫ ſa. ait eccleſi. iiii.
Uidi calũnias ⁊ falſas accuſationes ⁊ iniquas litiga
tiones que ſub ſole geruntur. et lachrymas innocen-
tium pro calũniis ⁊ oppreſſionibus iniquorum. et nemi
nem conſolatorem oppreſſorũ. nec poſſe reſiſtere cun
ctorum auxilio deſtituto. Sequitur. Et laudaui ma
gis mortuos ꝙ viuentes. Siiii. Quartum pro-
pter quod iuſti mortem deſiderant. eſt dulcor pregu
ſtationis. Sancti namqꝫ qui illius celeſtis glorie / vel
dulcedinis modicum guſtauerunt. omnia terrena fa
ſtidiunt mundi delicias abhorrent etiam ipſam vitam
deſpiciunt ac ad abiſſum dulcedinis totis precordiis
aſpirant / Sicut vnus ipſorum de ſeipſo teſtatur di-
cens. quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes
aquarum ita deſiderat anima mea ad te deus. Siti-
uit anima mea ad deum fontem viuũ quando veniã
et apparebo ante faciem dei. Idem. Heu michi qꝛ in
colatus meus prolongatus eſt. Idem ꝙ dilecta taber
nacula tua dñe virtutũ concupiſcit et deficit aia mea
in atria dñi ⁊c. Et apl'us phi. i. Michi viuere chriſtus
eſt ⁊ mors lucrum. Sequitur. deſiderium habens diſ
ſolui et eſſe cum chriſto. Et ſap. ait. eccl'. xli. O mors

bonum eſt iudicium tuum. Sanctis profecto bonum eſt iudicium mortis. q2 mors nõ eſt aliud ꝙ exitus de carcere finis exilii. laboris conſummatio. ad portum applicatio peregrinationis terminus. grauiſſimi oneris. i. corporis depoſitio de domo ruinoſa liberatio. omniũ periculorũ euaſio omnium malorũ conſũptio debiti nature ſolutio reditus ad patriã ingreſſus ad gloriam ad quã nos perducat ieſus chriſtus. Amen.

¶ Sermo vi. de morte ſubita continens. §. xii.

Quoniam mors ſubita periculoſa nimis eſt ⁊ horrenda conſtat illud peccatum eſſe grauiſſimum: ⁊ ſummopere deteſtandum propter quod deus homini mortem ſubitam legitur inflixiſſe §. i. Inuenimus autem hanc inflictam eſſe propter peccatum inobedientie. ſicut exẽplũ habemus leuiti. x. Arreptis nadab et abiu thuribulis poſuerunt ignem et incenſum de ſuper offerentes corã dño ignem alienum quod eis preceptum non fuerat/immo prohibitum. egreſſuſq2 ignis a dño deuorauit eos et mortui ſunt corã dño. Hiero. Ignem alienũ accendit. qui temporalis cupiditatis vel corpore voluptatis ignem in ſacrario cordis nutriens audet altaribus domini appropinquare que nõ recipiunt accenſionem niſi illius ignis quẽ dñs venit mittere in terram: et voluit vehementer accendi. luce. xii. §. ii. Secundo propter peccatum murmuris et impatientie. ſicut ſcriptum eſt nume. xi. Ortum eſt murmur populi contra dñm quaſi dolentiũ pro labore Sedtur acceſſus ĩ eos ignis dñi deuorauit extremã caſtrorꝫ partem. Item nuñ. xvi. Murmurauit vniuerſa multitudo filiorũ iſrael cõtra moyſẽ et aaron. d. vos interfeciſtis populũ

domini. Sequitur ſtans aaron inter mortuos ⁊ viuẽ
tes quos ſcꝫ vaſtabãt incẽdiũ pro populo deprecatus
ẽ fuerũt aũt q̄ pcuſſi ſunt. xiiii. milia hoim ⁊ ſeptingẽ
ti. ꝭ. xvi. Tertio ꝑpter pctm̄ irreuerẽtie circa diua pu
niebat eũ dñs illos tali morte q̄ vaſa ſanctuarii con-
trectabant indigne. vel etiã ꝙ maius eſt q̄ ex curioſi-
tate ſpectabant De indigno contactu habemus inhi-
bitionem expreſſam nũ. iiii. vbi ait dominus. Non tã
gãt vaſa ſanctuarii: ne moriantur ſcilicet filii math.
vñ quia oza cũ eſſet ſacerdos temere in plauſtruꝫ teti
git in quo erat archa dñi percuſſit eum deus. ii. regũ
vii. Extendit oza manũ ad archam dñi et tenuit eam
qm̄ calcitrabãt boues et declinauerũt eam. Iratuſq̄
dñs contra ozã pcuſſit eũ temeritate q̄ mortuꝰ eſt ibi
gregorius. Sacerdos qui temere archam tetigit re-
atum ſui auſus in matura morte purgatur: Ubi in-
tuendum eſt q̄tum delinquat qui ad corpus domini
reus accedit. ſi ille morte mulceat qui archam domi-
nici corporis figuram minori q̄ debuit veneratione
corripuit De curioſo aſpectu dedit dominꝰ prohibitio
nem expreſſam nume. iiii. d. Aaron et filii eius intra
bunt ſanctuarĩũ ipſiſq̄ diſponent opera ſingulorum
Alii nulla curioſitate videant que ſunt in ſanctuario
alioquin mouentur. Propter quod percuſſit dominꝰ
bethzamitas ſicut dr. i. re. vi. Percuſſit dominus de
viris bethzamitis eo ꝙ vidiſſent archam domini et p-
cuſſit de pplo lxxii. viros et. l. milia plebis Si ergo
tantam reuerẽtiam requirebat dominus i miniſtris
veteris teſtamenti et tam ſeuere puniebat indignos
propter illa que non erãt niſi vmbra ⁊ figura ſacroſci
corpis dñi nr̃i ieſu chriſti q̄tã munditiam nũc requirit

in miniſtris noue legis. qui ipſum ſanctum ſanctoꝝ verbis conſecrant/ manibuſqꝫ contrectant. Quanta etiam pena digni ſunt qui indigne et irreuerenter ac sedunt. Tales enim ſimiles ſunt iude peſſimo ꝓditori qui exterius oſtendunt ſigna dilectionis ⁊ pacis interius autem ſunt pleni dolo et fallacia. cõtumeliã faciunt creatori. Unde ſcriptum eſt ad heb. x. Irritam quis faciens legem moyſi ſine vlla miſeratione duo bus vel tribus teſtibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium dei conculcauerit. et ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit in quo ſanctificatus eſt. et ſpiritui gratie contumeliam fecerit dei. In multis multipliciter regnat luxuria. qui puritatis auctori in puro corde et corpore miniſtrantes non verentur ſtare ante angelum dñi qui fecerit eos medios et diſpdat. ſed omnino auderet agni immaculati ſacras contingere carnes et intingere in ſanguine ſaluatoris manus nepharias. quibus paulo ante carnes prothdolor meretriceas actrectarunt. ſic altaria circuire. ſic frequentare pſalmos. cũ huius laus ſit execrabilis et oratio in peccatum. §. iiii.

Quarto propter peccatum ſeditionis: exemplũ manifeſtiſſimum habemus nume. xvi. de chore/ dathan/ ⁊ abyron. ⁊ complicibꝰ eorum quorum aliquos terra deglutiuit alios incendium deuorauit. Dicitur enim ibi. Ecce aũt chore dathã ⁊ abyrõ ſurrexerũt ꝯtra moyſem. aliiqꝫ filioꝝ iſrael. cc. l. viri ꝓceres ſynagoge q̃ tẽ pore cõſilii per nomina vocabantur. Sequitur. ſi conſueta hominum morte interierunt non me miſit dominus. Confeſtim ergo vt ceſſauit loqui dirupta eſt terra ſub pedibus eoꝝ ⁊ aperiens os ſuum deuorauit

eos. Seequitur. ſed et ignis egreſſus a dño interfecit ccc. viros qui offerebant incēſum. §. v. Quinto ꝓpter peccatū impie oppreſſionis. Exemplū de egyptiis quorū primogenita vna nocte et vna hora pariter ſunt occiſa. ſicut dicit exo. xii. percuſſit deus omne primogenitum in terra egypti a primogenito pharaonis vſqꝫ aad primogenitum captiue ꝛc. Sequitur. Ortus eſt claamor magnus in egypto. neqꝫ enim erat domus in quua non iaceret mortuus poſtea patres mortui ſunt i i mari rubro. exo. xiiii. Viderūt ſibi iſrl' egyptios mortuos ſup littus maris. §. vi. Sexto propter peccatū effrenate luxurie. exemplum de holofer ne iudith. xiiii. et. xv. quē iudith dormiētē occidit. Itē exemplū de effrenata luxuria. tho. iii. ſara tradita fuerat ſeptē viris. ꝛ demoniū nomine haſinode⁹ occiderat illos. Ideo timebat thobias iunior illam ducere in vxorem. ſicut dicit tho. vi. Unde dixit angelo raphaeli audiui ꝙ tradita eſt. vii. viris et mortui ſunt. ſed et hoc audiui ꝙ demonium occiderat illos. Exemplum etiam de duobus filiis iude her ꝛ onā quos percuſſit dñs et occidit. g. xxxviii. §. vii. Septimo propter voti trangreſſionem. exemplū act. v. de anania ꝛ ſaphira qui partem de precio agri ſui venditi retinentes quod tamen deo deuouerāt. ſubito mortui ſunt. Dicitur enim ibi. Audiens hec verba petri ananias cecidit et expirauit. Intrantes aūt iuuenes qui veniebant de ſepeliendo virū eius inuenerunt illam mortuam. §. viii. Octauo propter peccatum blaſphemie. Eemplum. iiii. reg. xix. de exercitu ſenacherib cui inquit dñs exprobraſti et blaſphemaſti et contra quam leuaſti manum tuā. et eleuaſti oculos tuos

probraſti dño. Sequitur in illa nocte venit angelus domini et percuſſit in caſtris aſſyriorum. c. octogita v. milia. Cūqꝫ diluculo ſurrexiſſet vidit oia cadauera mortuorū De illa blaſphemia habetur plenius. ii. palip. xxxii. ⁋ ix. Nono ꝓpter deſperationē. Exemplū eze. xi. Dū prophetarē ait ezechiel phathias filius bonanie mortuus ē. Hiero. Sūt multi q̄ pctōꝝ cōſcientia ſalutē deſperant ⁊ dicunt. Ciuitas hec i qua verſamur lebes eſt nos aūt carnes et babilonia: cōſumemur ardore eius cuius iacula ignita ſunt nolentes agere pniaꝫ ⁊ deſperātes ſalutē. De talibꝰ erat iſte phathias imo princeps eoꝝ ſicut dicit ibidē ⁋ x. Decio ꝓpter peccatū puſillanimitatis ⁊ ſonnolētie. Exēplū iudi. iiii. de ſyſara q̄ hoſtes fugiens in tāto pิculo obdormiuit ſopori mortē ſociās expirauit. Exēplum de hyſboſeth de quo dr. ii. re. iiii. Dormiebat ſup ſtratū ſuū meridie. et oſtiaria domꝰ obdormiuit ⁊c. Sequitur Et percutiēs eū baana et rechab. iterfecerūt eum ⁋ xi. Sciendū ē ꝙ propter aliqua alia pctā deus qñqꝫ ſubitā mortē aliq̄bus et freq̄nter iſſigit necnō etiaꝫ iuſtis hoibus. licet ſp iuſto iudicio ſed nō ſemp cognito ignorantia videlicet ratione. hoc aūt indubitanter tenendū ē ꝙ ſi iuſtus morte ſubita rapiat̄: talis mors tn̄ ei nō obeſt: verum etiā nōnunq̄ꝫ prodeſt ſicut ſcriptū eſt ſapiētie. iiii. Iuſtꝰ ſi morte preoccupatꝰ fuerit in refrigerio erit. Et ſeq̄tur raptus ē ne malicia imutaret itellectū eiꝰ. aut malicia deciperet aiam ipſiꝰ Alia rō eſt q2 ſi quid i eo purgandū eſt tali morte purgat̄ ſicut pꝫ de viro dei q̄ miſſꝰ fuit ad ieroboā regem. iii. re. xii. Et ꝯtra ihibitionē diuinā comedit ibi falſi pro phē mēdacio circūuētꝰ. cuius inobedientiā purgaſſe

credendus eſt deus. cum iuſſu diuino occidit eum leo
ipſum enim diuum ab inobedientie reatu purgendū
occidere potuit quem mortuum et morte purgatum
tangere non preſumpſit. Et de oza ait gregorius.
Sacerdos qui archam domini temere tetigit reatuz
ſui auſus immatura morte purgauit. vt dictum eſt ſu
pra. Aliaqꝫ ratio eſt vt omnes homines improuiſi
timeant inueniri. ſcientes etiam iuſtos a morte ſic ſu
bito preueniri. ¶ .xii. Si autem peccatoribus mors
ſubita infligatur. non eſt de eorum ſalute penitus de
ſperandum. nec de ipſorum damnatione temere iu-
dicandum. cum in ipſa mortis hora poſſit homo qua
ſi inſtanti. i. tempore imperceptibili penitere deus au
tem ſemper eſt paratus gratiam ſuam infundere pe-
nitēti hoc tñ rariſſimū eſt et valde difficile qꝫ peccatoꝝ
nullā habēt diſpoſitionē preābulā imo nō ſolū diſpo-
ſitionē ſed et habitū contrarium et conſuetudinē repu
nantem et demerita impedientia ſubito ſe diſponat.
ideo talis mors peccatoribus eſt horrenda. Impios
autem quos non penituros preuidet deus mortem
iſtam infligit. vel quia tot et tanta ſunt eorum flagi-
tia qꝫ non merentur habere nec tempus nec gratiā pe
nitendi. vel qꝛ preuidet eos ſi diutius viuerent ſemper
deteriora facturos: et ſic dānationis ſue cumulū ingiē
ad aucturos vel qꝛ cōpatitur deus pauperibus et mi
ſerabilibus pſonis quos opprimūt. et ſi viuerent op-
primere nō ceſſarent. Nec quēꝗ permoueat qꝫ in exē
plis ſuperpoſitis aliqui non ſubito et in inſtanti mor
tui ſunt ſed aliqua mora licet breuis temporis inter-
uenit qꝛ ſicut ait grego. ſup illud iob. xxxiiii. Subito
moriantur ꝙtulumcunqꝫ ſero de hac vita tollantur.

In qui ſubito et repente tolluntur. quia finem ſuum cogitando preuidere neſciunt. Subitum eſt autē hoi quod ante cogitare non potuit. Subito diues ſublatus eſt qui horrea que preparauerat deſeruit. et inferni locum quem non preuidebat inuenit.

¶ Sermo de morte gratie continens. §.ix.

p Oſtq̄ dicta ſūt aliqua de morte nature ad quā debemus nos preparare quia periculoſa. dicēdum eſt de morte gratie quam debemus optare quia fructuoſua. de qua bernardus ait. Bona mors que vitam non aufert ſed mutat in melius. per quam corpus non cadit ſed anima ſubleuatur. neceſſe eſt enim vt in via moratur vitiis vt melior ſit dies mortis die natiuitatis. Moriamur ergo interim peccato ſi viuere deſideramus in chriſto. Quaſi morientes ait apoſtolus. i. cor. vi. et ecce viuimus. Ad ſimilitudinē aūt morientium morte naturali conſideremus in morte ſpirituali progreſſum/ Moriturus igitur in principio infirmatur et dolet dolor augmentatur et languet languor vigoratur et vallet. Cum autem amplius inualeſcit infirmitas motus deſtruitur. ſenſus obtūdit In mortem vero nexus diſſoluitur ſpirit9 egreditur corpus mortuum ſepellitur ſepultum reſoluitur His nouem gradibus ſpiritualiter intellectis peccato morimur. Quorū tres primi ad virtutis ingreſſum duo medii ad progreſſum. Alii vero vltimi ad ſtatum anime perfectum referuntur. §.i. Moriturus ergo ſpiritualiter infirmatur per attritionem. et dolet per contritionem. Attritionem intelligo quandō anima per gratiam gratis datam infirmatur. i. ab illicitus refrenatur. Contritionem quando per gratiam gra-

tum facientem dolet de peccatis et corde perfecto cõ pungitur et penitet. que contritio ſimilitudinē mor tis tenet. peccatum enim quod peccanti dulce fue rat ad nomentum. amare poſtea penitenti conuerti tur in lamentum. Et dum cum feto culpe ſollicitat. dum conſcientie dolor inſtigat dum pudor offenſe di uine cor penetrat. horror extremi iudicii inquietat. ſuſpirat et gemit in iudicio vehementi clamans et di cens triſtis eſt anima mea vſ ad mortem. math. xxvi. Et illud ps. Circundederunt me dolores mor tis et pericula inferni inuenerunt me. Uel illud. Cir cunderunt me dolores mortis et torrentes iniquita tis conturbauerunt me. §. ii. In ſecundo gradu dolor corporis per ſingula membra diffuſus egrum in lectum deicit: et languorem inducit. Sic contri tionis dolor in deſiderium ſurgit et in dilectionem ignеſcit. Et ſicut languor inducitur ex dolore. ſic a mor gignitur ex contrictione. Unde canti. iiii. Si inueneritis dilectum meum annũciate ei quia amo re langueo. Uideas languidum nunc in lecto iacen tem nũc aliq̃tulum ad ſurgendum pro viribus niten tem. Nonne ſic ſe habet conuerſio penitentis. dũ in eo vices alternat affectio doloris et amoris. Dolor enim deorſum deprimit. quem erigere nititur amor ſurſum. Nã q̃to per amoris impetum collectis viri bus conatur erigi. tanto repreſſus memoria peccato rum cogitur reclinari ſed bene cum eo igitur ſi nec pe nitus proſtratus nec erectus in lecto ſedeat: et cum lachrymis: gemitibus: et ſuſpiriis grãm viſitantē ex pectet. Nemo enĩ ex graui infirmitate reſurgens ſu bito in vigorem priſtinũ conualeſcit. §. iii. In ter

tio gradu paſſioꝛ naſcit̃ ex doloꝛe ſic maceratio car=
nis ex inualeſcente dilectione. Palleat om̄is amans
coloꝛ hic eſt aptus amanti. Vñ ſponſa decoloꝛatam
ſe clamat ex amoꝛe dilecti canti. i Nolite me conſide
rare ꝙ fuſca ſim: quia decoloꝛauit me ſol hoc paloꝛe
in ianuis moꝛtis afficimur. dum ex amoꝛe xp̃i caro
noſtra iugiter maceratur. Vñ pſal. Pꝛopter te mo=
rtificamur tota die. eſtimati ſumus ſicut oues occiſio
nis vt noſipſos dño in ſacrificium offerentes. Sicut
in holocauſto arietum: et ſicut in milibus agnoꝛum
pinguium ſic fiat ſacrificium nr̃m vt placeat añ deuꝫ
Vñ clamat apl's. colo. iii. Moꝛtificate membꝛa vr̃a
que ſunt ſup t̃rã. Nã ſcd̃ꝫ eunde᷑ ro. viii. Si ſcd̃ꝫ car=
ne᷑ vixeritis moꝛiemini ſi aũt ſpiritu facta carnis moꝛ
tificaueritis. viuetis. Moꝛtificetur igitur caro vt ſpi
ritus viuat. Quia ſicut ait petrus aplũs. i. petri. iiii.
Chꝛpſt⁹ ſemel pꝛo peccatis noſtris moꝛtu⁹ eſt vt nos
offerret deo moꝛtificatos quidem carne. viuificatos
autem ſpiritu. Semel moꝛi ab domino ſatis fuit qui
peccatum non fecit quibus oblatione ſua ſufficientiſ
ſima et abundantiſſima pꝛo omibus ſatiſferit. Nos
aũt peccantes quotidie. peccato moꝛi quotidie debe=
mus. Et quia fomes vel libido carnis radicaliter ſp
manet nec ſemel ita moꝛtificari poteſt vt ſemel tota=
liter deſtruatur ideo carnem non ſemel. ſed quoti=
die moꝛtificare debemus. ¶ iiii. In quarto gra
du motus deſtituitur motus. mḡ tam exterioꝛis ope
rationis ꝙ interioꝛis affectionis. Adeo nãq; fit ho=
mo immobilis ad peccatũ vt nec ip̃m operetur: nec
eius imaginatione vl' memoꝛia delectetur: vel illius
recipiat etiam pꝛimũ motum. Nam quemadmoduꝫ

ſtatutũ eſt hominibus ſemel mori hebre. ix. Sic nos
debemus eſſe ſemel mortui peccato. vt vltra non re=
uiuiſcamus in eo ſcientes ꝙ xps ſemel reſurgens ex
mortuis iam non moritur: et mors illi vltra non do
minabitur. Sequitur Ita et vos exiſtimate nos qui
dam mortuos peccato. viuentes aũt deo gloſa. Si=
cut xps mortuus eſt ſemel. ita peccatum in nobis mo
riatur ſemel. vt nõ oporteat iterari. Et ſicut xps ſem
per viuit ita ⁊ nos ſemp viuamus virtutibꝰ. Si enim
mortui ſumus pctõ: ſꝫ per grãm dei. quõ. i. qua rõe
adhuc poſt tantũ beneficiũ viuemus in illo: et vires
reddemꝰ hoſti. Cũ eñi hoc pſtitit grã vt moreremur
pctõ qđ aliud facimus ſi viuimus in eo. niſi vt gra=
tie ſumus ingrati. Uis videre ſpũm innouatum ⁊ ho
minẽ indutũ alterũ immutatũ. hic eſt qui non ſuã ſed
dñi querit facere voluntatẽ carnis mundiciã cordis
amplectit puritatẽ. ſeruat ſilẽtiũ: niſi verbũ pferat
ordinatũ. nihil tortũ videbis in oculis nihil inordina
tũ in greſſu nihil offenſũ in guſtu. nihil laſciuũ in ri
ſu nihil in auribus qđ ad pruriginẽ pertineat leuita=
tis. nihil in toto corpore quod pretendat motum ali=
quem vanitatis. ¶ v. In quinto gradu ſenſus
obtunditur: et per patientiam velut inſenſibile repu
tatur. Unde in filio ſunamitis qui mortuus iacebat
in lectulo non erat vox neqꝫ ſenſus. iiii. re. iiii. Sic
martyres velut inſenſibiles effecti omĩa genera tor=
mentorum contemnebant quaſi penitus non ſenti=
rent quia in xpm mẽtaliter excedebant. Sic apoſto=
lus clamat ſe configuratum morti xpi. ſi quo mõ per
tingat ad reſurrectionẽ q̃ eſt ex mortuis. Dũ partes
debẽt cõgrue ſuo toti: et mẽbra ſuo capiti cõformari:

Neceſſe eſt formam patientie ad nos a chriſto capite deriuari. Uide xp̄m in patibulo morientem: dorſum ſuum ſciſſum verberibus. vellicatas genas. faciem ſpecioſi pre filiis hominum ſputis linitam hominū immundorū. caput corona ſpinea ſauciatum. latus ſanguine rubricatū. manus ⁊ pedes clauis confoſſos et tanq̄ agnus manſuetiſſimus iugulatori ſuo nō reſpondens in crucis cathedra patientiam efficaciter docet verbo pariter et exemplo pater inquit dimitte illis quia neſciunt quid faciunt. Nouum docendi genus nouus magiſter. aſſumpſit reos excuſat factum attenuat: ⁊ ad penitentiam miro modo fideles ſuos informat. Moyſes iniurias ſuas proſequitur ⁊ lege talionis vlciſcitur: et abſq3 vlla miſeratione legis ſue contemptor occiditur. xp̄s autem gladium in vaginam reponi precipit. nec fratri permitti iraſci: nec racha nec fatue dici. in quibus tribus iram/ conuitium et contemptum penitus interdixit. Dictum eſt antiquis. oculum pro oculo. dentem pro dente. Iudeos vocat antiquos quos furor vindicte. ſic frenecticos fecerat. ſic reddiderat effrenatos. vt pro oculo caput pro dente vitam expeterent. Unde lex eos ad vindicte viciſſitudinem refrenabat: vt tantum exigerent vltionis q̄tum vis furentis intulerat leſionis. Ego autem dico vobis ait chriſtus math. vi. Si quis te p̄cuſſerit in dexteram maxillam prebe ei alterā. Uult dominus non vitiis vitia vindicari: ſed virtutibus ſuperari et ire ſcintillam in ipſo principio: ne in furoris incendium prorumpere p̄mittatur extingui. Si ergo vitia ſuperare volueris arma ſume patientie: non furoris. Nonne dominante colera febre acrius

eſtuate plerūq; videmus freneticū fieri egrotantem
frendet dentibus percutit pugno morſibus impetit
obſequentes ſed medicus armatus patientia deſpi-
cit iniurias morſus mortē ſuſtinet vt a pena liberet
laborantē. Cū igitur inferentes nobis iniurias. labo
rare freneſi cognoſcamus furientiū morbos et mor-
ſus virtute patientie ſuperemus. Et velut inſenſibi-
les facti quaſi mortui taceamꝰ. Exemplo dauid qui
ſauli perſequenti dicebat. quē perſequeris rex iſrael.
quē perſequeris canem mortuū ꝑſequeris ⁊ culicem
viuum. Attende ꝙ ſignanter loquitur canis viuus la
trat/clamat/et mordet ſi poteſt ſ; canis mortuus ni-
chil horū facit. Videas aliqua animalia/pedibus/vn
guibus/dentibus/⁊ cornibus ſeſe defendere. ſ; verus
patiens eſt velit canis mortuus aut culex viuus. Idē
quoq; dicit in pſalmiſta. Propter te mortificamur to
ta die eſtimati ſumus. ſicut oues occiſionis. §. vi.
In ſexto gradu corporis et anime nexus diſſoluitur:
quia ſubtractis ſenſibus velut inſenſibilis mens ef-
fecta. nullis temporalium rerū nexibus nullius cor-
ruptibilis creature vinculis per affectionem amoris
illiciti detinet. Unde canti. viii. dicitur. Fortis eſt vt
mors dilectio dura ſicut infernus emulatio lampa-
des eius lampades ignis atq; flammarū. aque mul-
te non potuerunt extinguere charitatem. Mors na-
turalis ſeparat aīam a corpore. mors ſpūalis a rei
corruptibilis affectione. In hoc gradu ſeparatur aīa
ab oībus ꝗbus ante fuerat per affectionē vnita. vt ſo
li ſponſo inhereat per amorē ꝓpter qđ amor mor-
ti merito comparatur. vt prius dura ſicut infernus
emulatio Infernus quos recipit non dimittit Sicut

ergo amor dr ſimilis morti propter perfectam ſepa-
rationem ita inferius propter perpetuam cū xp̄o vni
onem. Lampades eius. ꝛc. In lampade lux et ardor.
Ardet enim mens interius deuotione lucet exterius
coram hoibus opinione. ſic ardet deo per deſiderium
vt luceat foris hoibus ad virtutis exēplum. Dictam
ſeparationem mortis proponit ap̄ſus in ſeipſo dicēs
phi. i. Deſideriū hn̄s diſſolui ꝛ eſſe cum xp̄o. ¶ vii.
In ſeptimo gradu ſp̄us liber egreditur quia nullius
rei create retiaculis impeditur. In hoc gradu mens
ad celeſtia meditanda libere ſubleuatur. faciliter eīn
per meditationem in deū erigitur que temporalium
affectione non inuiſcatur. nec ſollicitudine detrahit̄
nec pōdere pregrauatur. aues ſuaꝝ leuitate pēnarū
ſubleuantur in altum aut ad cibū querendū. aut ad
laqueos euadendū. aut ad delectabiliter ſpaciandu;
Sic anima ad celeſtia ſuſtollitur quandoqꝫ pro ſpiri
tuali refectione querenda. ſicut hortatur ap̄ſus. colo.
iii. Que ſurſuz ſunt q̄rite que ſurſuz ſunt ſapite. non
que ſuper terrā mortui enim eſtis et vita veſtra abſcō
dita eſt cum xp̄o in deo. q̄nqꝫ pro delectatione guſtan
da: et quādoqꝫ pro quietis tranquillitate inueniēda
et plerūqꝫ pro tentatione fugienda. Et de vtroqꝫ iſto
rum ait. p̄s. Quis dabit michi pennas ſicut columbe
et volabo et requieſcam. ecce elongaui fugiens. ꝛc.
Solent terrena animalia quibuſdam luſibus ſaltuz
dare et corpora ſua q̄tuluncuqꝫ in aere ſaliendo
tranſcendere. Sic et piſces ſuper aquas ſaliunt ꝛ ter
minos ſue habitationis excedunt. Sic anima ſemet
ipſam debet excedere per meditationem ad celeſtia
ſe leuare vt mundo mortua. viuat deo. Unde aaron

moriturus iubetur in montē aſcendere: quia p medi
tationē debemus ad excelſa tranſire. paucorum eſt in
hunc montē aſcendere. paucior vero ſtare in vertice
ſed pauciſſimor ibi mori et quieſcere Propter quod
ait pſal. Quis aſcendet in montem dñi: aut quis ſta
bit in loco ſancto eius. Quinimo dñe quis habita=
bit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in mon=
te ſancto tuo. Aſcenſus habet difficultatem. ſtatus
ſublimitatem. requies voluptatem. De diuinis ſiqui
dem meditari mentibus ad talia inconſutis oculis
caligātibus ad celi luminaria eleuari magne eſt dif
ficultatis. exerceri tamen in eis: et meditationibus
ſacris ſcopare et purgare ſpiritum magna eſt digni=
tatis quieſcere autem et non reuocari ad inferiusma=
gne eſt voluptatis. Notabile autem quod eſt dicitur
q aaron/ideſt montanus in ſupercilio mōtis hor mo
ritur. Hor interpretatur lumen quia in vertice mon
tis luminis et viſionis mundo carni: et etiam ſibiip=
ſi moritur vir contemplatiuus. Et aduertite verbum
domini: aaron/inquit/colligetur et morietur ibi. Mēs
enim que per vana deſideria ſpargitur que variis co
gitationibus huc illucq diſtrahitur. qui in ſe non col
ligitur in hoc monte non morit. Diſcat igitur mens
humana prius ad ſeipſam intrare et in ſe conſiſtere
quatinus in hunc montē poſſit aſcendere. Colligat
aīa fidelis cogitationes ſuas vt exurgant in medita=
tionem meditatio proficiat in contemplationem con
templatio inducat exultationem. exultatio dilatetur
in admirationem admiratio tranſeat in alienationē
alienatio terminetur in mortem ſpiritualem. Eſt
autem drña inter meditationem et cogitationem: qz

cogitatio eſt improuidus mentis intuitus circa veri-
tatis inquiſitionē vehementius occupatus. §. viii.
In octauo gradu mortuus ſepelitur: qꝛ cū per medi-
tationem mens ſurſum erigitur pacis ſerenitas obti
netur. vnaqueqꝫ res non quieſcit niſi cum ad locum
proprium peruenerit quare cum locus ſit deus ꝙdiu
amor noſter ad diuerſa ſpergitur. vel ad ima diriua-
tur. nunꝗ ad veram pacem pducitur Ideo dicit aug.
Inquietum eſt. cor noſtrum dn̄e donec requieſcat in
te. Ibi ergo ſit mens: ⁊ hic erit requies ibi mortuus
ſepelitur. hoc eſt ſepulchrū quod ioſeph dn̄o prepara
uit in quo xp̄s mortuus requieuit. Moriturus moy-
ſes montē aſcendit terrā promiſſionis aſpexit. in ver
tice montis faſchga moritur ſepelitur a dn̄o cuius ſe
pulchrū omnibus hominibus eſt ignotū. Aſcendit in
montē per mentis eminentiā cōtemplatur promiſſā
in fidelibus patriā. moritur cum efficitur quodam-
modo dei formis per grām ſepelitur a dn̄o per infu-
ſam ſibi leticiā. ſed ſepulchrū ipſius nullus agnoſcit
hominū: qm̄ illa pax exuperat omnem ſenſum. §. ix.
In nono gradu corpus ſepultū reſoluitur: qꝛ cū mēs
in diuino lumine ſemetipſaꝫ clarius intuetur recogno-
ſcens ſe ꝙtū ad aiam creatā ex nihilo: ⁊ ſic ꝙtū eſt de
ſe ſimpliciter nichil eſſe. ꝙtum aūt ad corpus ſe pul-
uere eſſe et cinerē/immo viliſſimū ſterquilinū. ſaccus
ſtercorꝝ: et cibū vermiū neceſſario hūiliari cōpellitur
Sic ait p̄s. Inflammatum eſt cor meū ad dilectio-
nem: ⁊ renes mei commutati ſunt quantū ad delecta
tionē: qꝛ in renibus conſiſtit delectatio: et ego ad ni-
chilū redactus ſum ſcꝫ in mei reputatiōe. i. veriſſima
mei cognitiōe me nichil eſſe cognoui. Attende ꝙ quā

to quis plus profícit in dei cognitione. tanto plus in diuino lumine cognoſcit ſe verius: et tanto amplius ſe conſpicit nichil eſſe Unde aplus.i.ad cor.iiii. dicit Puto ꝙ deus nos nouiſſimos. aplus: id ē viliſſimos quaſi de quibus non curret oſtendit tanꝗ morti deſti natos. quaſi ad nullā vtilitatē: ſed morti reſeruatos Sequitur. tanꝗ purgamenta huius mundi facti ſu= mus omniū peripſima vſqꝫ adhuc et dauid ex humili tate cani mortuo ſe cōparauit. Attende ꝙ ſicut ignis in ſuo cinere qui eſt vltimus ſue reſolutionis termi= nus cōſeruatur ſic aīa in hūilitate que reſoluitur vſ= qꝫ ad minima et vſqꝫ ad vltima cuſtodit. Et ſicut fe= nix coagregatis aromatib⁹ incēdit ignē quo cōcrema ta et in cinerem redacta renouatur. ⁊ per talem reno uationē perpetuo cōſeruatur. Sic anima charitatis igne ſuccenſa ac ī humilitatis cinere reſoluta. conſer uatur in grā ac de die in diem per grām renouatur.

Incipit de morte culpe.

Sermo primo de ſpiritualis mortis progreſſi bus. continens. §.iii.

p Oſt mortē nature et grē videndū eſt de morte culpe quā vitare debemus. qr eſt deteſtabilis ⁊ damnoſa. Cum em̄ oīs creatura dei bona ſit: ſicut dr ad thi.iiii. deus tn̄ mortem non fecit ſap.i. nec obſtat huic illud qđ dr eccl.xi. bonū et malū. vita et mors a deo ſunt. qr illud eſt intelligendū de corporali morte quā deus inflixit hoī propter pctm̄. vn̄ ro.v. Per hoi= nem pctm̄ intrauit in mūdū. ⁊ per pctm̄ mors. Mors igitur corporali.i. neceſſitas moriendi pro tāto dr eē a deo qr ipedimēto mortalitatis ablator hoie relicto proprijs naturalib⁹: remāſit hō de neccitate mortalis.

Moꝛs nature.i. neceſſitas moꝛiendi eſt ineuitabilis vt dictum eſt ſed moꝛs culpe eſt euitabilis et eſt in hominis libertate.ſicut dicitur eccl'.xv. ante hominem vita et moꝛs.vita inq̄ gratie:et moꝛs culpe et ꝓpter hoc eſt culpabilis. Si enim mutari non poſſet:culpabilis nō eēt quia ſicut ait augu. Nemo peccat ī eo qđ vitare non pōt .§.i. Sciendū autē ꝙ hec moꝛs qñ ꝗ conſiſtit in coꝛde tm̄.ſ.in cogitatione delectatione vel conſenſu. Vñ in perſona hominum ipſoꝛum dicit iſa.xxviii.percuſſimus fedus cū moꝛte hoc fedus committitur in conſenſu. §.ii. Qñq; conſiſtit in oꝛe. qñ.ſ.ꝓrūpit in deoꝛdinatā locutionē Dicitur enī prouer.xviii: Moꝛs et vita in manibus lingue.ſed qꝛ lingua noſtra in lubꝛico poſita eſt et per aliā frequenter labimur in peccatū. Jō dꝛ ia.iii.ligua noſtra ignis eſt vniuerſitas iniquitatis lingua ꝯſtituitur i mēbꝛis nr̄is que maculas totū coꝛpus et inflāmat rotā natiuitatis noſtre inflāmata a gehēna. Omnis eni natura beſtiarum/volucrum ſerpentū/et ceteroꝝ animaliū domatu linguam aūt nullus hoim domare pōt. Eſt eni inquietū malū plena veneno moꝛtifero. ⁊ eccl'.lxxiiii Plus multa mala que ex lingua venire teſtatur ait. moꝛs illius moꝛs neq̄ſſima et vtilis inferius poti⁹ q̄ illa. Jō ſalubꝛiter exhoꝛtando dicit aurū tuū et argētum tuum conſla et verbis tuis facito ſtaterā et frenos oꝛi tuo rectos. Et attende ne foꝛte labaris in lingua tua et cadas in cōſpectu inimicoꝛum inſidiantium tibi et ſit caſus tuus iſanabilis in moꝛtē. §.iii. Qñq; pꝛogreditur ad operationem ſicut dꝛ ſapiē.i: In iuſticia eſt moꝛtis adquiſitio.ipſi aūt manibus et v̄bis accerſierūt illā. Et ibđ aū. Nolite zelare moꝛtē in erroꝛe vie veſtre neq; adquiratis perditionē in o-

peribus manuum veſtrarum. In ſignum huius tri=
plicis mortis legitur chriſtꝰ tres mortuos ſuſcitaſſe li
cet enim innumerabiles ſuſcitaſſe credatur. De tribꝰ
tamen euangeliſte faciunt mentionem. Puellam ſu
ſcitauit in domo. mat. ix. ad deſignandum ſpũalez ſu
ſcitationẽ quaz facit quotidie a morte peccati exñtis
interius in affectione: iuuenem ſuſcitauit i porta ſu.
vii. ad deſignandum ſuſcitationem a morte peccati ꝓ
rumpentis in locutionem. Lazarum ſuſcitauit in ſe=
pulchro ad ſignãdum ſuſcitationem a morte peccati
exñtis in operatione. Jo. xi. Quõ aũt ꝓgreſſus pcti
ſerpit et ſerpendo procedit optime declaratur in prio
peccato primorum parentum. ge. iii. Dixit ſerpẽs ad
mulierem. nequaꝙ̃ morte moriemini: ſcit enim deus
ꝙ quocũqꝫ die comederitis aperientur oculi veſtri: et
eritis ſicut dii ſcientes bonũ et malũ. Attende ꝙ deꝰ
dixerat aſſertiue ⁊ cõmiatorie quocũqꝫ die comederis
⁊c. mulier addidit verbũ heſitationis. ſ. forte ſerpens
ꝯſtãter negauit dicẽs: nequaꝙ̃ moriemini. Ecce dya
bolus poſuit in q̃ſtione: mulier rñdit cum heſitatione
et ex hoc dedit dyabolo viam ⁊ audaciam negandi ꝙ
deus dixerat cum aſſertione. Niſi enim mulier heſi=
taſſet nequaꝙ̃ diabolus verbum domini negare pre=
ſũpſiſſet. Niſi etiam mulier dyabolo plꝰ ꝙ̃ deo credi
diſſet: nãꝙ̃ pomũ vetitũ tetigiſſet. Sequitur Vidit igi
tur mulier ꝙ lignũ eẽt bonũ ad veſcẽdum hoc cogno=
uit ex odoratu. ⁊ pulchrũ ocul' ecce aſpectꝰ: tulitqꝫ de=
fructu ecce tactus et comedit ecce guſtus et ſic com=
pletum eſt in eua peccatum inobedientie ad quod tñ
multe deordinate circunſtantie cõcurrũt. Poſtmodũ
dedit mulier viro ſuo: ecce iniqua ſuggeſtio: q̃ cõedit

ecce ade preuaricatio. et ſic conſummatum eſt pecca
tum inutroq̄. Iſte proceſſus qui fuit in pctō priorum
p̄entum materialiter ſolet eſſe in peccato vnius hoīs
ſpiritualiter. Nam aſpectus eſt in cogitatione odora
tus in dilectione. tactus in conſenſu guſtus in per pe-
tratione. Aduerte ꝙ mortiferus eſt iſte fruct⁹ qui nō
ſolū ex guſtu infert mortē/ſicut aīalia venenoſa/ve-
rum etiam ex viſu/odoratu/tactu et guſtu.

¶ Sermo. ii. de moriendi modis ꝙ plurimis con-
tinens. §. vii.

S Icut ait ſapiens ſapientie. ii. Inuidia dyaboli
mors intrauit i orbem terrarū. ideo nāq̄ dyabol⁹
inuidit homini. quia eū illud p humilitatē poſſe aſcē-
dere. vn̄ pce ſuperbiā ſe nouerat corruiſſe. Inuidens
aūt homini. tentat tenendo deuicit. et deuictū ſubie-
cit ac ſubiecto inique et tyrānice dn̄ari preſūpſit. Si
cut aūt tyrānus impiiſſimus ſubiectos ſuos ſine mīa
affligit opprimit: ac eis exquiſita genera mortis in-
fligit ſic dyabolus oī tyranno crudelior varijs mortiū
gn̄ibus miſeros quos in ſeruitutē ſuam redigit mori
facit §. i. Alios namq̄ mori facit ſuſpendio. ſ. per
ſuperbiā ſuperbos eū ſuſpendit in altū vanitatis. vt
poſtmodū precipitet in profundum miſerie gehēnal'
ſicut ſolent facere luctores quorum vnus aliū eleuat
a terra vt ſub pedibus ſuis deiciat eleuatā hūc modū
precipicij prius expertus fuerat in ſeipſo. Nā cum ip-
ſe leuari vellet pce ſuperbium. deus ipſum proiecit in
abiſſū profundum ſicut dr̄. Iſa. xiiij. Dicebas in corde
tuo in celum conſcendam ſuper aſtra celi exaltabo ſo
lium meum. Aſcendā ſuper altitudinē nubium et ero
ſimilis altiſſimo. Veruntamen ad infernum detrahe

ris in profundum laci. et ante detracta eſt ad inferos ſuperbia tua. Et luce. x. d. de eodem. Uidebā ſathanam ſicut fulgur de celo cadentem. Sicut igitur dyabolum. quia ſe per ſuperbiam efferre voluerat: deꝰ p̄cipitauerat in infernū. ſic ipſe tractu conſimili conat̄ homines primo quidam in altum extollere vt poſtmodū precipitet in profundū. Exēplū de achithophel. q̄ de ſapientia ſua preſumens videns q̄ nō eſſet factum cōſilium ſuum qđ ſcȝ dederat ɔtra dauid: ſuſpēdio interiit. ii. re. xvii. Et de abſalon qui nimia ambitione dn̄andi ſuccenſus patrem ſuum dauid de regno ſuo fugauit ſicut d. ii. re. xviii. q̄ in ipſo ſuſpenſo inter celum et terram mulus cui inſedebat pertranſiit. De aman vero heſter. viii. De precipicio vero dicitur. iiii re. ix. Quomodo Jeſabel fuit precipitata de feneſtra palacii. Et de ozochia. iiii. re. i. Cecidit ochozias per cancellos cenaculi: cui mandauit helias. De loco ſuper quam aſcendiſti non deſcendes: ſed morte morieris. De anthioco etiam dicitur. ii. macha. ix. Superbia repletus ignē ſpirans aīo in iudeos contigit illum impetu euntem de curru cadere et graui corporis colliſione membra vexari. Jſq̧ qui ſibi videbat̄ etiam fluctibus maris imperare et montium altitudines in ſtatera appendere. nunc hūiliatus i geſtatorio portabat̄ Nota ibidem viliſſima morte eius. Uñ bene de ſuperbo dicit̄ iob. xviii. Deuoret pulchritudinē cutis eiꝰ et conſumat brachia illius primogenita mors. Pulchritudo cutis eſt gloria t̄palis per brachia opa deſignantur mors aūt eſt pctm̄ quod animam occidit. Primogenita ergo mors eſt ſuperbia: que eſt initium oīs peti. Pulchritudinē ergo cutis eius et brachia primo

primogenita mors deuorat. quia iniqui glām et ope
rationem in ſuperbia deuaſtat. Potuit enim etiā in hac
vita glo͛ſus exiſtere/ſi ſuperbus non fuiſſet ⁊ ōperibꝰ
poterat deo commendari/niſi elatio p̄ceſſiſſet. Seq̄-
tur. Euellatur de tabernaculo eius fiducia De taber
naculo eius fiducia euellitur qn̄ peruerſus quiſq̄ qui
multa in hac vita pauerat repentina morte diſſipat.
Sequit̄ Et calcet ſup eū quaſi rex interitus. Mors vel
hic vitiis premitur que ad interitū trahūt eū vel mor
tis tp̄e poteſtati demoniace ſubiugatur. Huius mor-
tis remedium eſt timor humilians vel humilitas deū
timens ſicut ait ſapi. puer. xiiii. Timor domini fons
vite. i. vite ſpūalis: ruinum/vt declinet/id declinare fa
ciat a ruina mortis. §. ii. Alios peremit dyabolꝰ
venēo ſcilicet per inuidiā: ſicut ſcriptū eſt ſap. ii. Inui
dia dyaboli mors intrauit in orbem terrarꝫ: imitant̄
illum qui ſunt ex parte illius. q2 videlicet ſicut dyabo
lus virus inuidie ſue diffundens in homine in toto or
be terrarū vt non ſit qui ſe abſcondat a calore eius.
ſic impii intoxicati per eum et eius imitatores effe-
cti, alios inficiūt inuidendo. Primo ergo moriuntur
hac peſte ſicut dicitur iob. v. Paruulū occidit inuidia
gloſa. Paruulus inuidia occiditur. quia niſi inferior eſ
ſet de bono alterius non doleret vel paruus eſt q̄ ter-
rena diligit. magnus qui eterna. Paruus ergo inui-
dia occiditur. quia nullus hac peſte moritur: niſi qui
terrena appetit que tota non perueniunt pluribꝰ Un
de ſi qua deſideramus: illi inuidemus qui penitꝰ ea
accepit vel partem habendo quantitatē nobis reſtrin
git. Iſti aūt ſic infecti inuidia: et ſpūaliter interfecti
inficiunt alios: venenum inuidie diffundēdo ſicut de

na longe grauior eſt omni pena ſenſibili ⁊ preter hoc ꝙ
eſt qualibet pena pn̄ti grauior eſt etiam prolixior ꝙ
communiter credāt homines cuius diuturne deten=
tionis aut prolixe retardationis vna eſt: quia neſcit
homo pōdus diuine iuſticie iudicantis: id eſt ꝙ diſtri
cte iudicat et ꝙ ſeuere punit. alia ratio eſt claritas di
uine ſapientie omnia ſpeculantis. videt enim multa
que non videmus in nobis. et multa inuenit punien=
da que nos latent velut negligentia vel obliuione de
lecta. In auro quod videtur eſſe puriſſimum inuenit
adhuc ignis aliquid expurgādū. Alia racio eſt q2 tar
de et male ſoluuntur defunctorū debita vel legata.
raro pauce vel nulle fiunt pro eis elemoſine nec pro
eis orationes vel alia ſuffragia procurantur: ⁊ qd pe
ius eſt eorū bona diripiuntur et anime negligūtur et
obliuioni traduntur. Vn̄ quilibet eorū pōt dicere illd
pſal. Obliuioni dat⁹ ſum tanq̄ mortuus a corde hic
notari pōt exemplū. qd in geſtis. Karoli ſcriptū ē mi=
les quidā in exercitu Karoli moriens. de paucis reb⁹
quas habuit teſtamentum: quale prout ordinauit
quem videlicet et arma ſua committens cuidam quē
ſibi credebat eſſe fidelem: vt illo ſabbato de medio il
lo ſine dilatatione venderet. eorumqꝫ precium pau=
peribus erogaret quo mortuo ille cupiditate cecatus
res defuncti ſibi retinuit et de teſtamento prefato ni
chil ſoluit: poſt dies vero triginta mortuus apparēs

dormienti per ſōnum. illumq̄ʒ de infidelitate corripi
ens dixit ei ꝙ quia triginta diebus eū in purgatorio
torqueri permiſerat nec erogarat pauperibus fidei
ſue commiſſa et que promiſerat eroganda. ideo iuſto
dei iudicio traderetur demonibus non triginta dieb⁹
in purgatorio: ſed in inferno perpetuo cruciandus.
Euigilās autem ille ſtupefactus et territus ſed poſt
modum que viderat et audierat paruipendens. dum
in craſtino ſomnium ſuum quaſi cum riſu ſocijs ſuis
recitaret auditus eſt ſubito fragor: ſtrepitus et tumul
tus horribilis velut tempeſtatis in turbine venientis
Turbatis omnibus et exterritis. ethiopes quidam
tetri et horridi illum repente de medio rapuerunt. ſe
cumq̄ʒ corpus ſuum et animam deuexerunt. Cuius
corpus per prerupta rupium per defoſſa terrarum.
per concaua vallium requiſitū. poſt triduum inuētū
eſt tetrum nimis et fetidum. ac membris oībus con=
quaſſatum. Prudenter ergo huius mundi ſapientes
agerent ſi dum viuunt et ſani ſunt ſibi ſalubriter pro
uiderent. nec fidei cuiuſq̄ʒ ſua ſeq̄ʒ committerent: ſed
ipſimet potius elemoſinas ſuas darent: debita ſolue
rent. ac aīcos ſibi prouide procurarent. qui migran=
tibus ex hoc exilio eterna tabernacula procurarent
Si enim hec facerent homines certam viā eligerent
et non ſe committerent in incertum. Item maius ſibi
meritum adquirerent per ſe ꝙ̄ per alios faciendo q̄ʒ
ex maiori deuotiōe fieri viderentur. Unī beata lucia
dixiſſe refertur matri ſue. non ſatis deo carus eſt qui
illi dat de hoc quo ipſe perfrui nō poteſt. ſed ſi tibi vis
gratū eſſe deum hoc illi da quo poteris vti. Nam qḋ
das moriens iō das quia tecū ferre nō ꝑuales viuēs

ergo et ſalutē tui corporis obtinens da chriſto qđ poſ
ſides. Dicebat quidam deuotus homo qđ das viuus
et ſanus aurū eſt qđ das moriens argentū eſt. qđ ve
no das erogandū poſt mortē plūbū eſt. Itē q̄to teſta
menta perſolui diutius differuntur tanto tardi⁹ per
cipiuntur ab eis ſuffragia. et tenentur diutius in tor
mentis. Si autem viuēs et ſanus hec homo faceret
in celū ſua permitteret. manſionē q̄ ſibi in celeſti pa=
latio prepararet: ac p̄cauerat ſibi vt oīno purgatoriū
non intraret: vel ſaltē ibi longe breuiori tp̄e remane=
ret. Religioſus quidam litteratus et prudens ſalu=
briter ſibi prouidere cupiens ante mortē quatin⁹ ſe=
curius: et cum maiori ſpe ſalutis ex hac vita migra=
ret. ac de penis purgatorii celerius expediri valeret
conuocatis fratribus de conuentu humiliter eis dixit
Cariſſimi fratres ego ſperans me ex hac vita infra tē
pus modicū exiturū. tota mentis affectione et feruē
ti deuotione depoſco vt miſſas: orōnes aliaq̄ ſuffra=
gia que tenemini ſoluere coram deo: tā ex cōi chari=
tate qua tenemini oībus chriſtianis generaliter q̄ ex
profeſſionis vnitate. q̄ etiā ex ſtatutis capl'i genera
lis michi dnī ad hūc viuo impendere veſtra piiſſima
charitate et chariſſima pietate velitis nunc ante mor
tē meā exſoluere. Si eñ vſq; poſt mortē diſtuleritis
neceſſe habeo penas purgatorii ſuſtinere quouſq; per
orationes veſtras fuero liberatus et ſic forſitā per
vnum annum duos vel amplius cruciabor et a viſio
ne diuina ⁊ fruitione glīe retardabor. Si vero me de
uente miſſas veſtras et orationes ſolueritis: forſitā
oino ab ingreſſu purgatorii preſeruabor: vel ſaltē ce
lerius liberabor: citiuſq; ingreſſus in gloriam vices

veſtre charitati rependēs pꝛo vobis dn̄m depꝛecaboꝛ
O ꝙ ineſtimabile damnum eſt a dei viſione vel mo=
dicū retardari ſicut colligere poſſimus ex verbis au=
guſtini in libꝛo de libero arbitrio ſic dicentis. Tanta
eſt pulchꝛitudo iuſticie: tanta iocūditas lucis eterne.
hec eſt incōmutabilis veritatis atqꝫ ſapie vt ſi nō lice
ret amplius in ea manere, ꝙ vnius diei moꝛa pꝛopter
hoc ſolum innumerabiles anni huius vite pleni deliti
is ⁊ circūfluentia tēpoꝛalium bonoꝛū recte. meritoqꝫ
ꝯtennerentur. Vn̄ nō ſine cā nec ſine deuotiōe dictū
eſt. Melioꝛ eſt dies vna in atriis tuis ſup milia. Quā
tū aūt eſt bonū eius beata perfrui viſione tm̄ eſt dam
nū in eius carentia et retardatione. Vtinā diligēter
attenderent homines ac pꝛofundius cogitarent ꝙ in
eſtimabile ſit hoc damnū pꝛofecto non ſic faciliter ad
peccata currerēt. nec peccatū quodcunqꝫ leue vel mo
dicum reputarent ãnimo quodlibet veniale vehemē
tius abhoꝛrerent ꝙ nunc moꝛtalia pctā foꝛmidēt. ꝗs
em̄ non totis viribus euitaret quodcunqꝫ pctm̄ ſi fir=
miter teneret te ꝓpter illud vnius diei moꝛa vel ãplꝰ
glīa dei viſione priuandū ꝙtū ergo dolendū eſſet et
amariſſime ploꝛandū ꝙ oēs hoīes ſic paſſim quaſi
timoꝛe dei poſtpoſito eiuſqꝫ iudicio ſic ꝯtēpto currūt
et pꝛecipitāter coꝛruunt non tm̄ in venialia ſꝫ etiā in
moꝛtalia: nec eſt ꝗ cōſideret quanta dāna icurrere nō
verentur et ad ꝙ hoꝛrēda ſupplicia dilabuntur. Ideo
dr̄ eccl. xxii. Super moꝛtuū ploꝛa defecit em̄ lux eiꝰ
Super moꝛtuū inꝙ in purgatoꝛio ploꝛa. Mꝛ defecit
lux btificans. vel ſuper moꝛtuū in moꝛtali pctō. quia
defecit lux cogitationis eiꝰ excecauit enim in malicia
eius. Sa. ii. Tertio compatiendū eſt eis quia quaſi

mentibus irretici non pn̄t operari meritoꝛia. Iā em̄
exierunt ſtatum merendi et tempus eſt ſecundū me-
rita recipiendi. Vñ ſcriptū eſt eccl'.ix. Moꝛtui nō ha-
bent vltra mercedē.i.facultatē pꝛo merendi merce-
dem ¶.xiii Quarto quia quaſi pedibus vinculati
non pn̄t ad viuos venire et ad petendum ſuffragia qđ
intelligendū eſt quantū eſt de lege cōi. Sicut dicitur
ſapi.ii. Non eſt agnitus qui ſit reuerſus ab inferis.
Et iob.xiiii. Homo cū moꝛtuus fuerit vbi queſo eſt
quomodo ſi recedant aque de mari et fluuius vacue
factus areſcat. ſic homo cum doꝛmierit non reſur-
get. Et.ii.re.xiiii. Omnes moꝛimur et quaſi aque di
labimur in terram que non reuertuntur que omnia
ſunt intelligenda de lege communi. Nonnunꝙ tamē
moꝛtui caris ſuis viuentibus apparuiſſe leguntur.
aut de gratia ſpirituali facta ſibi ad poſtulanda ſuf-
fragia. aut ad inſtructionē: coꝛreptionem: ſiue conſo
lationem viuoꝛum quibus videlicet apparebant que
omnia pꝛobari pn̄t euidentiſſime per exempla. Sic
igitur declaratum eſt pꝛimo pꝛopoſito videlicet qđ
ad miſerandum moꝛtuis in purgatoꝛio. mouere nos
dꝫ eoꝛum penalis miſeria ¶.v. Secundum prin-
cipale fuit ꝙ ad eis miſerandum mouere nos dn̄t de
pꝛeterito ſuſcepta beneficia. Ad hoc autem nos inui
tat dauid rex piiſſimus et pꝛopheta in.ii.re.i. Conſi-
dera iſrael pꝛo hijs qui moꝛtui ſunt ſaul ſcilicet ⁊ iona
ta qui regebant eos hac pꝛo eoꝛum defenſione con-
tra aduerſarios dimicabāt. Sequitur filie iſrael ſup
ſaul flete qui veſtiebat coccino in delitijs. qui pꝛebe-
bat oꝛnamenta aurea cultui veſtro quomō ceciderūt
foꝛtes in pꝛelio ⁊c. que ſequuntur. Sed pꝛochdoloꝛ

omnes pene homines tam ſeculares quã etiam regu
lares ſuper receptis beneficiis moꝛtuoꝝ ingrati. cor⁊
oculũ hñt ad reliqua q̃ ſupſunt pꝛõptioꝛes ad moꝛ=
tuoꝝ ſpolia rapiendũ quã ad ipſos moꝛtuos adiuuã
dum. Vñ ſcriptũ eſt. ii. parali. xx. Venit ioſaphat ⁊ oĩs
populus cum eo ad trahenda ſpolia moꝛtuoꝝ §. vi
Tertio ad compatiendũ moꝛtuis mouere nos debet
de futuro noſtra indigentia. Qñ eñ liberati fuerint
et in conſpectu dei gloꝛiam aſſecuti ipſi nos iuuare
poterunt ſuis oꝛationibus. et nos indigebimus adiu
uari. Illos autē pꝛecipue credendi ſunt pꝛopenſius
recommẽdatos habere qui eos cũ eẽnt in locis pena=
libus adiuuerunt. Et illi maxĩe merentur poſt moꝛtẽ
adiuuari ſuffragiis q̃ dũ viuerẽt fuerũt ſolliciti pꝛo
moꝛtuis adiuuandis. Vñ ruth. i. Faciat vobiſcũ deꝰ
miſericoꝛdiam ſicut feciſtis cum moꝛtuis. Et. ii. cap.
Benedictus ſit a dño booz qm̃ eandẽ gratiã quam fe
cerat viuis: ſeruauit ⁊ moꝛtuis. Nota qñ aliq̃s gene
roſus vel valens homo tenetur in carcere de cuius li
beratione ſperatur. et ꝙ futurus ſit magnus et valde
potens magnifice retribuere illis que in ſua neceſſi=
tate compaſſi fuerint: et beneficiis ſuis adiuuerit. et
ad eius liberationẽ opam dederint efficacẽ tali liben
ter ſeruit in carcere et ad eius liberationẽ ⁊ ſolatium
cura diligẽs adhibetur. Quanto magis ergo iuuan=
di ſunt moꝛtui in purgatoꝛio quos conſtat aicos eſſe
magni pꝛincipis qui de beneficio eis impenſo letan=
tur ipſi aũt ingrati eẽ nõ poterũt ſed beneficiis ſuis
retribuere ex ſũma charitate valẽt. ⁊ ex ſumma ptãte
valebũt. Religioſus quidã oꝛationes ⁊ miſſas quas
ſecundum religionis ſue ſtatutũ ſoluere tenebat ne=

gligēter agebat Qui mortuus dure eſt de negligētia
rephenſus:et inſup ſic punit⁹. ꝙ ſuffragia q̄ pro ipſo
fiebāt iuſtus iudex diſtribuebat alijs. vt in quo pecca
uerat puniret̄. vt ſicut ipſe mortuos fraudauerat ſic
mortu⁹ fraudaret̄ nec ipſe mortu⁹ iuuaret̄ a viuis q̄
viuus neglexerat q̄ debebat ſoluere pro defunctis .ꝯ.
vii. Poſſunt aūt iuuari aīe defunctorū quattuor mo
dis ſicut docet augu. Primo ꝑ orationū ſuffragia. ſi
cut dr̄.ii. macha.xii Niſi eos qui ceciderāt reſurrecta
ros ſperaret ſupflūū videret̄ et vanū orare pro mor
tuis. Et qr̄ conſiderabat ꝙ hi cū pietate dormitionē
acceperant. optimā haberent repoſitā gratiam. Sācta
ergo et ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare
vt a peccatis ſoluant̄. ꝯ.viii. Secūdo iuuari pn̄t ꝑ
oblationū ſacrificia ſicut ſcriptum eſt .ii. macha.xii.
Judas collatione facta. xii. milia dragmas argenti
miſit hieroſolimā offerri ea ibi pro peccatis mortuo
rum. Sacrificiū aūt placens deo et ſumme efficatie
tam ꝓ mortuis q̄ ꝓ viuis eſt eukariſtie ſacramentū
in quo xp̄s veraciter continet̄. ac deo patri pro nobis
in odorē ſuauitatis affertur. Cuidam religioſo orā
ti apparuit mater eius poſt mortē quaſi ſupra crathē
ferream extenſa prunarū ardentiū ex ſuppoſita con
gerie copioſa. Cui prouide quidem admiranti et inq̄
renti q̄ nā eſſet. Rn̄dit ꝙ mater ſua eſſet q̄ tali incen
dio duriſſime torq̄batur ſibiq; conceſſum erat a deo
de grā ſpāli ꝙ ad filiū ſuū poſſet accedere ſuffragia
petitura. adſiciitq; ꝙ ſi triginta meſſias pro ipſa deuo
te diceret. prorſus purgata rurſus appareret ei Con
pletis igit̄ triginta diebus et miſſis ab illo deuotiſſi̅e
celebratis mater oīno purgata deo ſummo gratias

agens apperuit oranti filio facie iocunda et immenſo lumine radioſa. ſeq₃ eius orationib⁹ liberatā aſſeruit. eiq₃ cum gaudio vale dixit. ¶.ix. ¶Tertio iuuari poſſunt per affſictiua ieiunia. Exemplū. ii. re. iii. d̄ abner mortuo. de quo d̄r ꝙ percuſſit eū ioab in faguine et mortuus eſt. Quo audito dauid dixit ad ioab et ad oēm populū qui erat cum eo: Scindite veſtimēta veſtra et accingemini ſaccis ⁊ plāgite. ꝛc. q̄ ſequuntur. Sequit̄. Iurauit dauid dicēs. Hec faciat michi deus et hec addat ſi ante ſol' occaſuȝ guſtauero panē vel aliud quicq̄. ¶.x. ¶Quarto iuuari poſſunt per elemoſinarum ſuffragia. Tē d̄r. eccl'. vii. Paupi porrige manū tuā vt perficiatur propiciatio et bñdictio tua: ⁊ mortuo nō prohibeas grām. Min⁹ dicit ⁊ plus ſignatq₃ mortuo non ſolū non eſt grā prohibēda ſed etiam conferenda. Multi ſunt autem qui non exhibent. ſed magis prohibent. ideo ſignanter dicit dominus non prohibeas: vt ſi non velis gratiam exhibere ſaltem non preſumas aliis prohibere.

¶Incipit tertia pars huius operis Sermo primus de tribulatione que per antichriſtum excitabit̄ continens. ¶.x.

¶In primo continuantur dicta dicendis. ¶.i.

Oſt conſideratione̅ prehabitā de morte triplici videlicet nature/ gratie: et culpe: et de mortuis tam ſpūaliter ꝙ corporaliter in hoc mundo necnon et de mortuis in purgatorio nunc ordine conſequenti/ preeunte/ cōcomitante/ ac etiam dirigēt te gratia ieſu xp̄i. conuertamus oculos ad conſiderotione̅ fina=

lis et extremi iudicii. hoc aūt finale iudiciū erūt duo precedentia/duo concomitantia & duo ſubſequentia Precedentia iudiciū erunt. antichriſti perſecutio: et mundi conſummatio. Concomitantia erunt mundi conflagatio/et omniū mortuoꝝ reſurrectio. Sequētia iudicium erunt ſupplicium reproborum: et gloria beatorum. de his omnibus eſt per ordinem ſubſequēdum. ¶.ii. De ortu antichriſti. Legitur aūt ātichriſtus in babilonia de tribu. Dan naſciturus. ſicut ſctūs patriarcha. iacob non orando ſꝫ prophetando predixit. gen. l. ſiat dan coluber in via: ceraſtes in ſemita. Super quo beatus greg .xxxi. lib. moralium ait. Ceraſta grece cornua dicuntur. Ceraſtes qui hic cornutus eſſe dicitur. digne antichriſtus aſſeritur: qꝛ contra fidelium vitam cum morſu peſtifere pdicationis. armabitur etiam cornibus poteſtatis. Bene autem dicitur in babilonie/ id eſt confuſione naſciturus: vt ex loco natiuitatis inſinuetur qual s poſtmodum ſit futurus. Sicut enim chriſtus in nazareth. i. in flore concipitur: in bethleem que domus panis dicitur temporaliter de virgine naſcitur ad inſinuandum ꝙ in flore. i. in puritate ꝟginitatis materne ſpirituſſancti virtute conceptus poſtmodum naſcendo panis vite nobis eſt factus. Sic antichriſtus homo peccati. filius perditionis ſicut actor confuſionis ordinem vite totiuſꝗ iuſtitie ꝛ fundens ſectatores ſuos ad confuſionem pertrahens merito in babilonie dicitur naſciturus. Unde apoc. vii. vbi ex aliis tribubus filiorum iſrael ſignati numerantur. ſola tribus dan ſubticetur. Huius aduentus ſicut ait apl'us. ii. ad teſſa. ii. erit ſecundū operationem ſathane: quia omnia

faciet diabolo qui eū poſſidebit inſtigante et coope-
rante. Non tñ ita poſſidebit eū vt vniatur ei. ſicut in
xp̄o humanitati diuinitas eſt vnita. nec ita vexabit
eū vt careat iudicio rationis. alioqn nō imputaretur
ei quicquid ageret ſicut nec homini furioſo. Quidaz
autē dicūt q a cōceptionis p̄ncipio diabolus in vterū
matris eius deſcendet cuius virtute deinceps aletur
puer naſcetur et adoleſcet. Alii dicunt et forte verius
q a principio conceptionis ſue habebit angelum ſui
cuſtodem ſicut hñt ſinguli ceterorum hominum vſqz ad
annos diſcretionis. ſz tunc cū extolli ceperit ſup om-
ne qd̄ dicitur deus: ab angelo ſctō derelictus: pror-
ſus a diabolo poſſidebitur ⁊ ad libitū voluntatis eius
in omibus et p omia deducendus. ſicut poſſeſſor ad
libitū ſuū pertrahit: inducitqz iumentū Vñ ait greg.
Illum perditū hominē quaſi vas propriū diabolus
ingreditur qui ſpiritualiter antixp̄s nuncupatur. c. iii.
de vita antixp̄i. Veniens aūt hierlm circuncidet ſe vt
ex hoc adquirat gratiā iudeorum: et dicet ſe eſſe meſſiā
promiſſum in lege: ⁊ faciet ſabbatū cuſtodiri propter
iudeos dīē vero dñicam propter xp̄ianos. vtriſqz ſe
conformare volens vt vtroſqz decipiat. Tūc iudei cre
dentes ipm eē meſſiā quē multis tporibus expectauerūt
conuertentur ad eū et ei vnanimiter adherebūt. Erit
aūt in concupiſcētiis feminarum. ſicut dicitur dan. xi. In
aperto tamen caſtitatem et ſāctitatē oimodam ſimu
labit vt omnes ad ſe alliciat et oſtentatione ſeducat
Cor eius in tātū afferetur ſuperbiā vt legē et cerimo
nias et etiam curſus tpm ſe mutare putet. ſicut dicit
danie. vii. Et in deū propter blaſphemias. dicens ſe
deum eſſe. xp̄m aūt dicet fuiſſe ſeductorem Vñ ſicut

ait apłus.ij.ad theſſa.ij. Tunc reuelabit homo pec=
cati:filius perditionis:caput.ſ. omniū iniquoꝝ qui
aduerſatur ⁊ extollitur ſupra omē quod dicitur deus
aut qđ colitur:ita vt in templo dei ſedeat oſtendens
ſe tanquā ſit deus. Ueniens eñ in hieruſalē in tem
plo quod reedificabunt iudei adherentes ei: ſedebit
adorari faciens ſe ſicut deū. Ueniet autem ſicut ait
apłus:in omni virtute poteſtatis humane ⁊ opulen=
tie temporalis. Creditur enim ꝙ reuelante magiſtro
ſuo et poſſeſſore diabolo inueniet theſauros occul=
tos quibus vtatur ad vanitatem et gloriam mundia
lem ⁊ ad multoꝝ perniciem/quos videlicet expectabit
magnifica largitione donoꝝ. Ueniet nichilominus
ſecundū operationē ſathane in oībus ſignis ⁊ prodi=
giis medacus:et in omni ſeductione iniquitatis. Si
cut apo.i. faciet ſigna et prodia que homines viden=
tes in admirationem inducent et ſeductionē. Dicun
tur autem ſigna mendacia vel quia non erunt vera
ſed fantaſtica:quia diabolus cuius virtute operabit
preſtigiabit oculos videntiū vt videatur eſſe quod
non eſt.vel non eſſe quod eſt:aut aliud et aliud eſſe.
et ſic oculi videntiū illudentur. Uel dicuntur menda
tia:q2 ad confirmandū mēdacia:⁊ ſeducēdū animas
oſtenduntur. Et re vera huiuſmodi ſigna non dñt mi
racula.ſed mirabilia dici pñt. Mirabile eñ eſt face=
re preter ſolitum curſum nature. Diabolus aūt ſub=
tilem habens intelligentiā ⁊ longā experientiā quod
natura facit ſucceſſiue: ipſe ſcit quaſi in inſtanti.i. ſu
bito et imperceptibiliter operari. Sicut magi phara
onis virgam in ſerpentes ſubito conuertiſſe legun=
tur. Miraculum autem facere ſolius eſt diuine pote

ſtatis:quia ſicut ſolus ipſe eſt actor nature. ſic ipſe ſo
lus poteſt naturam trāſmutare. De antichriſto dicit
apo. xiii. Et vidi de mari beſtiam aſcendentem habē
tem capita ſeptem, et cornua decem: et ſuper capita
eius nomina blaſphemie. Et beſtia quam vidi ſimi=
lis erat pardo:propter varietatem duplicitatū & con=
uerſatione. Et pedes eius ſicut pedes vrſi: propter
ardorem libidinis. Et os eius ſicut os leonum pro=
pter immenſitatem crudelitatis: et dedit illi draco.
idest diabolus virtutem ſuam et poteſtatē magnam
Nam ſicut ait greg. xxxii.li. moral. In omni faſtu
fallacie et virtutis robore et culminis elatione pro=
ſperabitur antichriſtus:quia tota virtus diaboli in il
lo damnato homine congeſta denſabitur. Sequitur
in apoca. Et vidi vnū de capitibus ſuis quaſi occi=
ſum in mortem:et plaga mortis eius curata eſt. Nā
ſicut chriſtus promiſſus mortuus eſt et reſurrexit:ſic
antichriſtus vt appareat chriſtus in lege promiſſus
ſimulabit ſe mortuum: et poſt arte magica et opera
tione demonum ſe mirabiliter ſuſcitaturum. Et admi
rata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam, id eſt beſtiam ſe=
quentes et et damnabitur adherentes: et adorauē=
runt draconem id eſt diabolum qui dedit poteſtatē
beſtie:et adorauerunt beſtiam dicentes. Quis ſimi=
lis beſtie, ſcilicet in miraculis faciendis: et quis pote
rit pugnare cum illa Et datum eſt ei os loquens ma
gna, ſcilicet ſe magnificando et blaſphemiam ſe xp̄m
eſſe mendaciter aſſerēdo. De ipſo quoqȝ dr̄ da. x. Fa
ciet iuxta voluntatē ſuā et eleuabitur et magnificabi
tur aduerſus oēm deū et aduerſus deū deorū loque=
tur magnifica. Et. viii. eiuſdē. Cū creuerint iniqui=

tates conſurget rex impudẽs facie: ⁊ intelligens pꝛo poſitiones. et roboꝛabitur foꝛtitudo eius. ſꝫ non indi tibus ſuis: et ſupꝛa quã credi poſt vniuerſa vaſtabit et pꝛoſperabitur et faciet. §.iiii. De perſecutiõe antixp̄i. Eſt aũt aduertendum ꝙ antichꝛiſtus vtetur quadꝛuplici modo ad homines ſubuertendũ: videlicet callida perſuaſione. donoꝛum largitione miraculoꝛum operatione: et toꝛmentoꝛum afflictione. Pꝛimus ergo modus homines ſubuertendi erit callida pꝛedicatio vel perſuaſio. Pꝛedicabit enim legeꝫ nouam pꝛauam eſſe. deſtruet pꝛopoſſe cultum dei. ritum eccl'ie: et iuge ſacrificium vt dictum eſt dan. viii. vſqꝫ ad pꝛincipem foꝛtitudinis magnificabitur: et ab eo tulit iuge ſacrificium: et deiciet locum ſanctificationis: eius robur quoqꝫ datum eſt ei contra iuge ſacrificium: et poſterneretur veritas in terra: ⁊ pꝛoſperabitur et faciet. Vere pꝛoſternetur veritas quoniã falſitas publice pꝛedicabitur nec veritas permitetur pꝛedicari. nec a fidelibus etiam audiri peruerſe exponetur ſcriptura. ſacra. nec veraciter exponi a catholicis permittetur §.v. Secundus modus ſubuertendi erit per donoꝛum ampliſſimã largitionem Inueniet enĩ theſauros occltos vt dictũ eſt per quos ad ſe ſequendũ et ſibi adherẽdũ plurimos inſtigabit. Cũ enĩ in multis regnet cupiditas: facilꝰ ad eũ iclinabunt cupidi: videtes ꝙ ſequaces ſuos ditabit falſã qꝫ felicitatẽ eoꝝ ad decipiẽdũ alios oſtẽdabit. §.vi. Tertiꝰ modꝰ ſubuertẽdi erit p̄ toꝛmẽtoꝝ afflictionẽ Nã ſic ait dñs mat. xxiiii. erit tũc tribulatio magna qualis nõ fuit ab itio mũdi vſqꝫ mõ neqꝫ fiet. Et hoc innuit apo. i. vbi dꝛ. Pedes eiꝰ ſiles auricalco ſicut in

camino ardenti. Per pedes em̄ vltima xp̄i membꝛa per. caminum ardentē tribulationis vehementia deſignatur. Exhibebit enim antixp̄s toꝛquendo fideles omnia genera toꝛmentoꝝ que antiquitus in ſanctis martyꝛibus ſunt impleta: et omnem ingenii ſui ſubtilitatem acuet vt ferocitatem ſui pectoꝛis impleat: nouis et inauditis ſuppliciis affligendo nec per partes. ſed ſimulis tota crudelitatis eius imanitas exercebitur: ne requiē aliquantulam aut interpollationē habentes vires reſumerēt quo minus in cruciatibus vincerentur. Vn̄ de antixp̄o dicit dan. viii. Interficiet robuſtos et populum ſanctoꝝ̄ ſecundū volūtatē ſuam. Quod exponens greg. xxxii. moꝛal. ait. Tunc non ſolū in repꝛoboꝝ̄ mentibus ſed etiam in electorum coꝛpoꝛibus crudelitate ineſtimabili ſine qualibet obiectione graſſabitur Robuſtos ergo interficiet cum eos qui mente inuicti ſunt coꝛpoꝛaliter perimet vel certe robuſtos et populum ſanctoꝛum ſecundum voluntatem ſuam interficiet: cum eos qui robuſti ac ſancti credebantur ad nutum ſue voluntatis trahet. Durabit autem hec tribulationis immanitas tribus annis et dimidio tantum: ne ſi diutius duraret patiētia ſanctoꝛum pꝛoꝛſus deficeret. Sicut enim ait ſaluatoꝛ. niſi bꝛeuiati fuiſſent dies illi non fieret ſalua omnis caro. ſed pꝛopter electos bꝛeuiati ſunt dies illi. Ecce pius dominus ſicut tribulationem venturaꝫ pꝛenunciauit: ſic et eius abbꝛeuiationem pꝛedixit vt ad ipſam ſuſtinendam per pꝛouidentiam muniremur. Quia ſicut ait greg. dominus ac redemptoꝛ noſter perituri mundi pꝛecurrentia mala denunciat vt eo minus perturbent venientia quo fuerint pꝛeſcita

Minus eñ feriunt iacula que pꝛeuidẽter et nos tole
rabilius mundi mala ſuſcipimus: ſi contra hec per ꝓ
uidentie clipeum muniamur. Pꝛedixit etiam vtrū
qꝫ: vt et ſi ex pꝛonunciata tribulatione tam hoꝛribili
terremur. audita tamẽ eius abꝛeuiatione per patien
tiam ſumptis viribus armaremur. §. vii.

Quartus modus ſeducendi erit per miraculoꝛū ope
rationem. De ātixp̄o enim loquens apoſtolus. ii. ad
theſ. ii. ſic ait cuius aduẽtus eſt in oī virtute ⁊ ſignis
et pꝛodigiis mendacibus: vt dictum eſt et multa mi=
rabilia facturus eſt per artē magicā ſecunduꝫ opera=
tionem ſathane: qui in omnibus eius operibus erit
actoꝛ et rectoꝛ: §. viii. De pſeudo ap̄lis ātichꝛiſti

Nec contētus erit antixp̄s qꝫ ipſe ſolus pꝛedicet et ſe
ducet homines: ſed etiam diſcipulos congregabit:
quos et ap̄los nominabit. qui eum vtiqꝫ pꝛedicent ſi
cut xp̄s diſcipulos ad pꝛedicandū euangelium deſti=
nauit. Iſti aūt ſatellites antixp̄i: ſeu pſeudo ap̄li pꝛe
dicabunt vbiqꝫ. et mirabilia quaſi miracula facient
quibus innumerabiles de omī natione ſeducēt. Sicut
eñ xp̄s ap̄los ſuos miſit ad pꝛedicandum: et ad mi=
racula faciendū: ſic antixp̄s pſeudo ap̄los per totum
oꝛbem mittet ad omnes nationes ad quas perſonali
ter accedere non valebit. Hi ciuitatem ſanctam hie=
ruſalem calcabunt menſibus. xlii. ſicut dꝫ apoc. xiii. ⁊
eccl̄iam perſequentur annis tribus ⁊ dimidio quibus
antixp̄s regnabit. Hi peſſimi erūt in vita: tū ſctitatē
per hypocriſim ſimulabunt. Vñ pene omnes decipi=
ent partim apparentia ſanctitatis: partim violentia
poteſtatis partim miraculis reputatis. Hos deſcri=
bens ap̄lus iohan. apocali. xiii. ait. Et vidi aliam be=

ſtiam aſcendentem de terra. Poſt primam beſtiam quam viderat aſcendentē de mari: per quam ſignificatur antichriſtꝰ et ſui principes. Alia beſtia eſt ipſe idem et pſeudo apoſtoli famam eius vbiqꝫ diuulgantes qui iure dicuntur beſtia quia in beſtia eſt ſeua crudelitas violenta rapacitas et inſaciabilis edacitas Omnia hec erunt in antichriſto et ſuis. Dicuntur etiam beſtia in ſingulari. ꝓpter vnanimē conſenſū et cōcordiam ad nocendum. Dixit ergo beatus iohannes Et vidi aliā beſtiā aſcendentem de terra et habebat cornua duo ſimilia agni que ſunt ſimulatio vite ꝛ ꝑuerſio doctrine: vel vita mala et miracula oſtēſa. Et loquebatur ſicut draco id eſt ſicut dyabolus quia ſicut ſpūſſctūs loquebatur in apoſtolis criſti. ſicut dixit eis dominus math. x. Non vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis: ita malignus ſpūs i apoſtolis antichriſti. Et poteſtatē prioris beſtie oēm faciebat in cōſpectu eius. i. oēs modos decipiendi quibus decipiet antixp̄s facient in conſpectu dyaboli ꝛ antichriſti. Sicut em̄ apoſtoli faciebāt oīa vt placerēt chriſto: ſic iſti vt placeant antichriſto a quo ſperabunt ſe honores et diuicias accepturos. Dicitur em̄ dan̄. xi. multiplicabit gloriam ꝛ dabit ei honorem. Sequitur et fecit. i. faciēt terrā. i. in habitantes in ea adorare beſtiā primam. i. ātichriſtū. et fecit. i. facient ſigna magna. ſcilꝫ ad homines ſeducendum vt etiā ignem faceret de celo deſcendere i terraꝫ in conſpectu hoim. hoc ad litteram facient virtute demonū: ſicut feciſſe leguntur. Job i. Vel ſicut apoſtolis chriſti datus fuit ſpūſſcūs in ſpē ignis actu. ii. ſic illi dabunt ſpiritum malignum in ſpē ignis. ꝛ quia hec ſigna non fient in occulto ſed in publico in conſpectu

hominum. ideo ꝙ plurimi decipientur. Uñ dꝫ ibidem Et ſeducit. i. ſeducet hitantes in terra per ſigna que data ſunt illi facere permiſſione diuina. Uñ domin⁹ math. xxiiii. predixit. Surgent pſeudo chriſti et pſeu do propħe et ſeducent multos ⁊ dabunt ſigna magna et prodigia vt in errorem mittantur ſi fieri poteſt eti am electi propter quod ſicut ait grego. xxxii. lib. mo⸗ ralis penſemus que erit humane mentis illa ✝ten⸗ tio quādo et pius martyr corpus tormentis ſubiicit et tñ ante eius oculos tortor miracula facit. Cui⁹ tūc virtus non ab ipſo cogitationum fundo quatiatur: quādo is qui ſlaris cruciat miraculis choruſcat. Ex. vehementia tentationis huius etiam ſapientiſſimi ſe ducentur ſicut bene deſignatur apoc. xii. Cauda dra conis trahebat ſecum tertiam partem ſtellarum ⁊ de antichriſto dꝫ dañ. viii. Deiecit de fortitudine et de ſtellis et cōculcauit eos. Qd exponēs greg. xxxii. mo ral᷑. ait. De fortitudine et de ſtellis deiecit: quia non nullos et luce iuſticie reſplendentes et ſapientie cla⸗ ritate fulgentes et virtute operis robuſtos frangit. Ceterum pſeudo apoſtoli precipient, et cum ingenti poteſtate compellent habitātes in terra vt faciāt ima ginē beſtie. i. antixpi vt eam faciāt adorari ſicut fecit nabugodonoſor danie. iii. Et dabitur illis a diabo⸗ lo. deo ſcilicet permittēte vt debet ſpm̄ malignū ima gini beſtie. et faciant eam loqui et moueri ad maio⸗ rem hominem ſubuerſionem et loquetur imago be⸗ ſtie per malignum ſpiritum. ſicut olim in ydolis da⸗ bant demones reſponſa. Et facient omnes diuites et pauperes puſillos et magnos. liberos ⁊ ſeruos hēe caracterē. i. aliqđ ſignū antixpi repñtatiuum vel ad

litterã inſertionem ſui nois in dextera manu aut in
frontibꝰ ſuis euident̄ ⁊ materialiter: ſicut hodie poꝛ
tant iudei ſigna deſignantia ipſos eſſe iudeos. Ad=
huc iſti maioꝛa facient per pꝛincipes qui eis adquie=
ſcent in omnibus ꝙ q̄cunqꝫ non adoꝛauerit imaginē
beſtie occidatur. et ne quis poſſit emere aut vendere
niſi habeat caracterē beſtie. i. ſignū per qđ dinoſcat̄
pertinere ad antixp̄m. aut nomē vt ſcientia chꝛiſto di
cuntur xp̄ani ſic illi ab ãtixp̄o ãtixp̄ani vocent̄. Hec
aũt faciēt vt hoĩes extrema neceſſitate cognant̄ anti
xp̄o et ſuis dãnabilit̄ adherere. ¶ ix. De enoch et he
lia. In hac tanta neceſſitate non oino deſeret dñs ſo
cios ſuos ſed ad eoꝛū ꝯſolationē mittet enoch et he=
liã. ſicut dꝛ apoc. xi. Ad hoc eñi in paradiſo terreſtri
viuentes. diu reſeruati ſunt: vt illo tp̄e venientes anti
xp̄m redarguant. veritatē: defendant ſeductos reuo
cent ac vacillantes in fide confirment: pꝛophetabunt
autē diebus mille ducentis. lx. amicti ſaccis. i. tribus
annis et dimidio p̄dicabūt pniam verbo pariter ⁊ ex
emplo: ſicut et ãtixp̄s tempoꝛe predicabit. ip̄m autē
ãtixp̄m coꝛã omi populo arguent ac mendacē et fal=
lacē oñdēt. ¶ Tunc beſtia faciet aduerſus eos bellū. ſ.
diſputando/blandiendo/pꝛomittendo comminando
coꝛpoꝛaliter affligendo: et vincet eos coꝛpoꝛaliter oc
cidendo ¶ Et iacebūt coꝛpoꝛa eoꝛū inſepulta in platea
hieruſalem: et non ſinentur poni in monumentis vt
ſcilꝫ homines videntes non audeant eos confirmari
et magis timeãt ãtixp̄m. ¶ Tunc erit tanta tribulatio
qualis non fuit antea nec poſt erit. Antixp̄s eñi ⁊ ſui
gaudebunt et iocūdabūtur et epulabuntur et mune=
ra mittent ſibi mutuo pꝛo moꝛte ſcilꝫ iſtoꝛum qui eis

reſiſtebant: et contrarii erant tam operibus q̄ verbis et predicationibus eorū. Et ſicut iſti mali gaudebūt ſic iuſti et fideles lugebunt: terrebūt ⁊ ab ipſis cōfun dentur: ſed faciet deus cum tētatione proventū. naz poſt tres dies et dimidium diua virtute reſurgent iā non ulterius morituri. Erit aūt eorū reſurrectio ma nifeſta ac clara: ut ſicut impii prius gaudebant. boni vero lugebant. Sic viceuerſa om̄es mali ſtupent ter reantur et in ſeipſis confundantur boni vero gaude ant vireſq̄ reſumant ac in fide confirmentur et deo gratias agant. Audietur etiā vox magna de celo vo cantis eos in gl'iam. et cunctis videntibus aſcendent in celum glorioſi videlicet et fulgentes. Tunc aliqui movebuntur ad pn̄iam alii vero ad duriciam tunc iu dei videntes ſe deceptos fuiſſe convertentur ad xp̄m

§. x De interitu antixp̄i. Antixp̄s autē veniens in hieruſalē in montem oliueti vn̄ dominus ieſus aſcē dit ad patrem ſimulabit ſe velle aſcendere in celum ſed ſicut dicitur dan̄. xi. In paucis diebus conteretur quia ſecundū greg. xxxii. moral' non angelorum bel lo non ſanctorū certamine: ſed ipſius aduentu iudicis ſolo oris ſui ſpiritu eterna morte ferietur. Et hoc eſt q̄ dicit apoſtolus. ii. theſſa. ii. Quem dn̄s ieſus inter ficiet ſpiritu oris ſui ibiq̄ ſeductor ille peribit vn̄ ſal uator ad celos aſcendit. Poſt eius interitū non ſta tim veniet dn̄s ad iudicium ſed electis qui in antixp̄i perſecutione titubauerunt. xlv. dies ad pn̄iam conce dentur. Quanto vero poſt tempore venturus ſit dn̄s penitus ignoratur. In diebus illis fiet quaſi ſilentiū in celo id eſt pax in eccl'ia tribulatione ceſſante. Tūc miniſtri antichriſti gaudebunt nuptias ⁊ conuiuia ce

lebrantes ac ludos diuerſi gñis exercentes atq; dicẽtes. licet preceptor noſter mortuus ſit modo tamẽ habemus pacẽ et ſecuritatẽ. Sed ſicut ait apl's. i. ad. the v. Cum dixerit pax ⁊ ſecuritas repentinus illis ſuperueniet interitus. Et ſicut ait ſaluator. math. xxiiii. Sicut fuit in diebus noe ita erit aduentus filii hoĩs Sicut enĩ in dieb⁹ erant ante diluuium cõmedentes et bibentes: nubentes et nuptui tradentes vſq; ad eũdẽ diẽ in quo introiuit in archam noe ⁊ non cognouerũt donec venit diluuium et tulit oẽs. ita erit aduentus filii hominis.

¶ Sermo. ii. de cõſummatione mũdi. ꝯtinens. §. xi.

C Onſũmationẽ ſeculi multa ſigna ꝑcedẽt: vt videtes hoies timeãt ac ad pniam excitentᷓ ꝓpinquũ eſſe iudiciuȝ ꝑnoſcẽtes. Huiõi aũt ſigna ſũt ſatane ſolutio charitatis infrigidatio. iniqͥtatis inũdãtio oĩbus mũdi ꝑtib⁹ facta cõmotio. §. i. Primuȝ ergo ſignũ erit ſatane ſolutio. i. ꝑtãtis ei⁹ laxatio: ⁊ iaȝ ꝟtute paſſionis dñice diminuta et ligata fuit ꝑtãs q̃ prius in hoies vtebatur. vt nõ enĩ poſſet nocere hoib⁹ q̃tũ vellet nec q̃tũ ante ſolebat. ligatus aũt detẽtus eſt vſq; ad tp̃s ſtatutũ quo ſoluẽd⁹ eſt vt lõge plus ſolito ſeuiat tentãdo pſequẽdo. ⁊ multiplicitẽ infeſtãdo ad maiorẽ ſubuerſionẽ et dãnationem hoim ipſoꝝ ad maiorẽ vero ꝓbationẽ et purgationẽ ꝑfectiſſimã electorũ. Nã i fine mundi boni erũt optimi. ⁊ mali erũt peſſimi. vt ſicut dr apo. vlti. Qui ſctũs eſt ſctificetur adhuc et iuſtus iuſtificetur: adhuc et qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Stultus aũt diabolus vt dictum eſt multis et miris modis totam rabiẽ ſuã. crudelitatẽ iniquitatẽ, ac aſtutiam exercebit. ſciens q: modicũ

tempus habet: ſicut dicitur apoc. xii. Unde ad vigilãtiam et cautelam nos ãmonet beatus petrus. v. Adverſarius veſter dyabolus tanꝗ leo rugiens circuit querens quam devoret. Et pſalmiſta. Inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua. Quod exponens greg. xxxii. moral. ait. ad apertam potentiam ſuffeciſſet ut leo eſſet etiam ſi inſidians nõ fuiſſet. Rurſum ꝙ ad verſucias occultas non ſeciſſet ut inſidians ſureiperet et ſi leo non eſſet. Sed quia hic antiquus hoſtis in cunctis ſatis viribus effrenatur: ſevire per utrãꝙ permittitur: ut contra electos in certamine et fraude et virtute laxetur virtute ꝑ potentiam fraude per ſigna. Recte ergo inſidians per miraculorum ſpeciez leo per fortitudinem ſecularem: ut eniz eos qui aperte iniqui ſunt pertrahat ſecularem potentiam: oſtendat: ut viros etiam iuſtos fallat: ſigna ſanctitatis ſimulat. Idem etiam grego. exponens illud dan. viii. Dirigitur dolus in manu eius. ait in manu eius dolus dirigitur quia fraus per opus adiuuatur: qđ enim fallendo dicit hoc mira faciendo aſſerit. Nam quicquid lingua mendax ſimulat: hoc quaſi veruz eſſe manus operis oſtentat. ¶ ii. Secundum ſignuz erit charitatis infrigidatio ſicut predixit dominus math. xxiiii. Refrigeſcet charitas multorum. Sicut enim ſeneſcente microcoſmo. i. hoie qui a phis dicitur minor mundus ſolet calor naturalis diminui: et appropinquante morte magis ac magis minuitur donec in morte prorſus deficiat ſic in maiori mundo ſeneſcente et ad ſui terminum appropinquante charitas que eſt calor vite ſpũalis refrigeſcet et penitus deficiet. Ait eñ. Ari. ꝙ ſeniũ eſt frigidũ / ſiccum / et morbidum

Sic mundus morti: id eſt extremo iam propinquus frigidus eſt per defectum charitatis et ſiccus per defectum deuotionis. In his enim duobus conſeruatio vite ſpiritualis exiſtit. Cum igitur iam charitatis videamus feruorem pene penitus extingui ac deuotionis humidum exſiccari quid aliud cogitare debemus niſi ꝙ prope eſt interitus huius mundi. Qđ eñ antiquatur et ſeneſcit prope interitu; eſt heb. xi. Si quis attente conſideret in quolibet ſtatu tam regularium ꝙ ſecularium tam clericorum ꝙ laycorum tam ſubditorum ꝙ prelatorum ꝙ indeuote deo ſeruitur ꝙ tepide adoratur ꝙ irreuerenter oratur ꝙ arido corde laudatur. immo potius contemnitur dehonoratur turpiter ac deteſtabiliter blaſphematur manifeſte videbit charitatem ad deum non ſolum frigeſcere: ſed iã ita notabiliter friguiſſe vt pene videatur extincta. De charitate ad proximũ quõ iam plene deffecerit. clamant nudi clamant famelici clamant inedia morientes. Relegata eſt miſericordia a filiis hominum clauſa eſt ianua pietatis, contracta eſt largitas niſi qui vanitati aut cupiditati deſeruit. aruit fons compaſſionis et viſcera ſua clauſit et ſic non reſtat aliud niſi ꝙ cito fiat iudiciũ ſine miſericordia illis qui ob charitatis defectũ miam non fecerũt. § iii. Tertiũ ſignum erit iniquitatis inũdatio. nã timore dei poſtpoſito et amore reiecto et honore cõtempto quid reſtat niſi malorum inũdatio. iniquitatũ multiplicatio innumerabilium indicibiliumq; ſuper abundantia peccatorum. Ideo videmus impletũ illud ozee. iiii. nõ eſt miſericordia non eſt veritas. non eſt ſcientia dei in terra maledictum et mẽdacium inũdauerũt: ⁊ ſan

guis ſanguinē tetigit. Et clare videm⁹ īpletū qḋ ꝑ dixit apľus. ii. ad thi. iii. In nouiſſimis dieb⁹ inſtabūt tp̄a ꝑiculoſa et erūt hoīes ſeipos amātes amore. ſcʒ priuato. de quo dicit augu. Ciuitatē diaboli fecit amor ſui vſqʒ ad cōtēptū dei. Ex iſto ei amore oīa mala prouenīūt. ſicut ex charitate ꝯſtat pullulare virtutes. Unde poſt illḋ erūt hoīes ſeipos amātes. ſeqͥtur cupidi elati ſupbi/blaſphemi parētib⁹ non obediētes ingrati celeſti ſine affectione. ſine pace criminatores incontinentes immites ſine benignitate. proditores proterui tumidi voluptatuʒ amatores magis q̄ dei Tales etiā deſcribit apľs. ro. i. dicens eos eſſe repletos omni iniquitate. malicia fornicatione/ auaricia nequitia/plenos inuidia/homicidiis cōtentione/dolo malignitate/ſuſurrones/ detractores/ deo odibiles/cōtumelioſos/ſupbos elatos et inuentores malorum inſipientes/īcompoſitos/ ſine affectiōe ſine federe abſqʒ mia. O ſi qͥs lynceis oculis ꝯſcientiarū parietes penetrare et cordiū occulta luculentē poſſʒ īſpicere. occurrerent crimīa q̄to ſecretariora tāto forſitā grauiora. Sʒ ne publicem⁹ occulta dedecoris aut parietē fodiamus vt appareat idolū obhoiationis: quia nec teſtes ſum⁹ nec iudices oculorū. ſʒ aliū hēbūt iudicē/nō regē vel ꝑncipē. ſʒ ꝯſciētiaꝝ ſecretiſſimū īſpectorē q̄ oīa nuda ſunt oculꝭ ei⁹ q̄ ſicut nichil deſeret in ſcrutatū ita nichil ꝑterſet īpunitū. Videamus q̄ palā corā ſole gerūtur q̄ nec ignorari pn̄t nec aliqua tergiuerſatione celari nec excuſationis pallio operiri quia tam impudenter agūt hodie peccatores vt frontē meretricis excedere videātur. De qͥbus dictū eſt e iſa. iii. pct̄m tuū quaſi de ſodoma adicauerūt īmo laudāt

ꝑctõr in deſideriis aīe ſue: et iniquus benedicitur: et pˀublicatis peſtiferis adinuētionibus vitioꝝ q̄ eſt in eis aſtutioꝛ et effrenatioꝛ ille ꝓbioꝛ/ſapientioꝛ vaſētioꝛ iudicaṫ. Uerecūdia quoqꝫ importabil' innocētē vel minus impiū eſſe inter hoīes ſceleratos: ſimplicē inter vulpes colūbam inter vultures. agniculū inter lupos. Inhonoratur deus iniquis operibus ⁊ linguis non ſolū peioꝛantium: ſed blaſphemātium nomē eiꝰ ſceleratiſſime laceratur: eius mandata contemnuntur ꝓmiſſiones vilipendūtur. cōminationes non timentur ſupplicia non hoꝛrētur leges abolentur: et ꝓ libito voluntatis neqꝫter exponūtur. Et ſicut ait cipꝛianus. cōſenſere iura pctis et cepit licitū eſſe q᷑ publicū eſt iura iniuriis militant: et iniurie ꝓ iuribus inducuntur. abuſiue conſuetudines ſanciūtur. legē habentes ſine lege viuūt: et legibꝰ abutūtur. Diues pauperem ſuppeditat: et potēs oppꝛimit impotentē vulpes cuniculū lupus agnū. vultur columbā accipiter alaudem deuoꝛat: impius iuſtū et ſimplicem verſipellis. facti ſunt homies ſicut piſces maris et ſicut reptilia non hn̄tia pꝛeceptoꝛē. in mari pyꝛate pꝛedātur in viis inſidiātur pꝛedones. latrones in nemoꝛibus: fures in domibus in vꝛbibus abūdant ſediciosi in curiis pꝛoditoꝛes ſeuit inuicē diſcoꝛdantiū malicia litigiis replentur oīa veritas odio habe. ac etiam pꝛocul abiicit iuſticia ſeuit rapacitas cupiditas dn̄aṫ. Quid plura: q̄ lingua poteſt exꝓmere: aut q̄s intellectꝰ cogitare ſufficeret q̄/quot/qualia/q̄taqꝫ flagicia cōmittūtur. Qꝛ em̄ non ꝓfert cito cōtra malos ſentētia: filii hominū abſqꝫ vllo timoꝛe perpetrāt mala. Cū igitur multitudo ſit tā̄ ſcelere: nec ſpari poſſet coꝛrectio qn

potius quotidie creſcit malicia. inſoleſcit temeritas
ſperatur impunitas: et in immēſuꝫ iniqtas cumulatꝫ
quid reſtat niſi doloꝛ et gemitus. Non enī ſenio cri=
mina moꝛiuntꝫ. nec vetuſtate tpoꝝ obꝛuūtur. qnimmo
velut ī dꝛacōnio capite reſecato alia validius ꝛ numero
ſius pullulantia renaſcūtur Sic addūtur pctā pecca
tis adinueniūtur pctā. multiplicātur abſqꝫ numero:
et peccandi libidinoſa rabies ardētius inflammatur
Quid igitur amplius expectare debemus: niſi ꝙ in
breui ſit finis a iuſto iudice tot et tantis flagiciis: taꝫ
hoꝛrendis abhominationibus imponēdus. Debem⁹
enim diligentē aduertere et mēoꝛiter retinere qđ gen.
vi. legimus. Videns deuſqꝫ multa malicia hominū
eſſent in terra: et cuncta cogitatio coꝛdis hūani intē=
ta eſſet ad malū omni tpe penituit eum ꝙ hominem
feciſſet in terra. Et infra. Finis vniuerſe carnis ve=
nit coꝛam me: repleta eſt terra iniquitate a facie eo=
rum: ꝛ ego diſperdam eos cum terra. Ecce quod pꝛo
pter multiplicationem et redundantiam peccatoꝛuꝫ
ad purgationem mundi et exterminationem homi=
num impioꝛū immiſit deus cathacliſmum aquarum
Item gen. xviii. dixit dominus ad abꝛahā. Clamoꝛ
ſodomoꝛum ꝛ gomoꝛreoꝛum multiplicatus eſt ꝛ pec
catum eoꝛum aggrauatum eſt nimis. Et ſequitur. ꝙ
pluit dominus ignem et ſulphur de celo. quinqꝫ ciui=
tates oīno ſubuertēs cū oībus hoīb⁹. necnō ꝛ infanti
bus iumētis. Itē qñ multiplicata ſunt pctā populi ca
naan: et pꝛecepit dñs filiis iſrael vt in ingreſſu ſuo in
terrā pmiſſionis pꝛoꝛſus exterminarēt eos nec quē̄qꝫ
viuere pmitterēt. Vñ qꝛ aliqbus pepercerūt increpari a
dño meruerūt ſicut dꝛ ioſue. ii. Itē diu ſuſtinuit dñs

peccata filiorum iſrael. ſed poſtꝙ complete ſunt ini-
quitates eorũ eiecit eos a facie ſua de terra ſua: trāſ
ferens eos in exteras nationes. primo decem tribus
ſicut habemus. iiii. re. xvii. poſtea duos trib⁹. iiii. re.
vlti. ſed illa abiectio ſeu tranſactio fuit temporalis.
Unde poſt annos. lxx. redierunt: ſed poſtmodū quia
chriſtum dñm crucifigēdo inmaniſſe peccauerũt ter
ram ſuam vſqꝫ ad antichriſti tpūs irrecuperabiliter
amiſerunt. Sic etiam exterminata ſunt regna calde
orum / medorum / et perſarum: necnon et grecorum
que ſuis temporibus potentiſſima fuerunt et maxi-
ma: tamen propter iniquitates eorum ad nichilum
ſunt redacta. Denicꝫ nuper diebus iſtis etiam chri-
ſtiani noſtri propter peccata nepharia que magis ta
cenda cenſui ꝙ pandenda iuſto dei iuditio per man⁹
infidelium trucidati / captiuati / vel in fugā conuerſi.
de terra ſancta promiſſionis quam dominus ieſus
ſua benedicta natiuitate conuerſatione / et morte ſa
cratiſſima conſecrauit: turpiſſime ſunt eiecti: qꝛ fla-
gicioſam eorum vitam non potuit amplius ſuſtinere.
Hec omnia ſupradicta que ſunt quedam particula-
ria dei iudicia: ſunt etiam futurorum ſigna pro noſtri
ca: et futuri iudicii generalis exempla: qm̄ ſicut deus
illorum iniquitates vſqꝫ ad prefinitum tempus pati
entiam expectauit: et poſtmodum iudicium ſuum
exercens inflexibiliter ire ſue furorem ſuper eos ef-
fudit. Sic de generali iudicio firmiter eſt tenendum
ꝙ quando ſit preciſe futurum: omni viuenti ſit in
eternum / niſi cui fuerit a domino reuelatum.

§. iiii. Quartum ſignum futuri iudicii erit
in diuerſis mundi partibus facta commotio. Ante

conſummationez enim mundi neceſſe eſt magnas et mirabiles commotiones fieri in oībus creaturis. Sicut nanqꝫ deus p̄imū ſuū aduentū in mundū qui debebat eſſe gratioſus et amabilis per ſuos prophetas p̄nunciari voluit: multiſqꝫ figuris et enigmatibus p̄eſignari: ne ſi ſubito veniret hoīes non agnoſcerēt quin potius vt ipm agnoſcentes cū omni deuotiōe ſuſciperent/ac anteq̄ veniret ad eius ſuſceptionē deuotam cū omni ſe diligentia p̄pararēt. Sic ſecundum eius aduentū terribilē ⁊ horrendū per oēs prophās ſuos voluit proclamari: multiſqꝫ ſignis p̄cedentibus propinquū eſſe iudiciū faceret demonſtrari: vt ſaluādi qui boni ſunt ad meliora et ampliora p̄uocētur: et qui in peccatis ſunt citius ad pniam conuertanť. Reprobi vero inexcuſabiles merito iudicētur. Unde beatus greg. ait. Saluator noſter nos patos īueniri deſiderans ſeneſcentē mundū que mala ſequātur denūciat vt nos ab eius amore cōpeſcat: appropinquante eius termino q̄te perſecutiones p̄ueniunt innoteſcit vt ſi deum in tranquillitate metuere nolumus: vicinū eius iudiciū vel perſecutionibus attriti timeam⁹ Itē quando paterfamilias contra aliquē p̄pter iniurias vel contumelias ſibi factas vehemēter eſt iratus oēs eius domeſtici et aīci ad dn̄i ſui vindicandas iniurias vnanimiter animantur. Sic omnis creatura factori ſuo deſeruiens excandeſcit in tormētis cōtra impios ad vindicandum iniurias creatoris. Item cū exigente iuſticia in quibus quis peccat per hec et torquetur Nos autem cunctis creaturis abutentes delinquimus iuſtum eſt vt in cunctis ⁊ a cunctis a iuſto iudice torqueamur vt impleať qđ dicit ſap. v. Pugnabit pro eo

Orbis terrarū contra insensatos sicut ait gre. Omnia que ad vsum vite accepimus ad vsū cōuertimus cul pe sz oīa que ad vsuz nře prauitatꝭ cōuertim⁹: ad vsū nobis vertentꝫ vltionis. Tranquillitatē pacis hūane cōuertim⁹ in vanā securitatē ꝛ ideo iuste sicut ait sal uator mat. xxiiii. Surget gēs contra gentē: ꝛ regnuz aduersus regnū. Peregrinationē vie ꝓ habitatione dileximus patrie ideo erūt terre motus. Salutē cor porū in vsuz redigim⁹ vicior. ideo erūt pestilētie vber tatis abūdantiā non ad necitatē carnis assumpsimus sed ad pueritatē intorsimus voluptatꝭ iō erit fames serenitatē aeris conuertimus ad vsum terrene dele ctationis. ideo erunt fulgura / tempestates / et toni trua. Iure igitur restat vt sic omnia nos feriant q̄ sic omnia vicijs nostris male subiecta seruiebāt. vt quot in mū do incolumnes habuim⁹ gaudia. tot de ipō post mūdum cogantur sentire tormēta. ·§·v: Attendē dum est autem ꝙ in omnibus creaturis: ꝛ in singulis mundi partibus erunt cōmotiones mirabiles ad co gitandum terribiles ad videndum. sed pene intolera biles ad sustinendum. Erunt etiam huiusmodi com motiones in demonibus / hominib⁹ / in elemētis om nibus / in corporibus celestibus / necnon in beatis spi ritibus. Primo quidem in demonibus: quia sicut di ctum est soluetur sathanas. i. potestas eius relaxabi tur. Permittentꝫ enim demones fortius solito tenta re homīes. vehementius impugnare acrius persequi et ex tota sua malicia amplius in eos deseruire. Vñ ipsi crudelitate commoti: multas horribiles commo tiones in homines excitabunt: ac totum mundum cō tra eos mirabiliter commouebūt. ·§·vi. Itē erit

commotio in hominibus. Nam ſicut predixit domi-
nus. Erunt prelia et ſediciones. prelia ad hoſtes per
tinent ſediciones ad ciues. vt ergo nos indicet inte-
